e Επὶ μοιχείᾳ ἔγ προτέρου διαφθαρέντος.] Potius legendum ἐπὶ μοιχείας ὑποψίᾳ, quod ſuſpectus eſſet adulterii, ut conſtat ex l. 15. c. 4. §. 9. Huds. Nempe Joſephus Herodis patruus. Spanh.

f Συνθηκας περὶ γάμου] *Roſt.* Συνθηκης γάμου.

g Οβόδα] Ita cum *Ruſino* ipſoque *Joſepho* in *Antt.* l. 16. c. 7. §. 6. Οβαίδας hîc loci in *Græcis* omnibus. Huds. Οβόδα *Ruſin. Ox.* Sic Οβόδας ἀρχ. lib 16. c. 7. §. 6. Hic vero melius Οβάδας. Spanh.

h Διελεγχθεῖσα] Διελεγχθεῖσα. *Bod. Voſſ. Ox.* Spanh.

i Απηρείσατο.] Επηρείσατο *Bod.* Huds. Επηρείσατο. *Bod. Oxon.* Spanh.

k Υπήγετο] Υπηγάγετο in *MS.* Huds. Υπηγάγετο *MS. Oxon.* Spanh.

l Υποχέσεις,] *Roſt.* Υποθέσεις.

m Αναιδεῖ γέροντι,] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 8. §. 1. Spanh.

n Διαδέξεται] Διαδέξεται in *MSS.* Huds. *Lugd. Bat.* quoque & *Roſt.* Nec ſcio cur repudiarit *Hudſonus*, præferens vulgatum δέξεται. Hav. Διαδέξεται *MSS. Oxon.* Spanh.

* Idque clarum ex eorum miniſteriis *Ox.* Spanh. *Vel*, ex muneribus quæ obibant. in *Ruſini* verſione, *& ex genere famulatus neminem id latebat.*

Ex Eunuchorum confessione Herodes animo mirum in modum perturbatur. Antt. l. 16. c. 8. §. 2.

8. Ista Herodem adeo perterruerunt, ut non auderet statim indicia in medium proferre: sed, exploratores nocte dieque submittens, singula quæ facta erant dictáve perscrutabatur, eosque sine mora perimebat in quos caderet ulla suspicio. Itaque iniquitate acerbissima repleta est regia. nam pro suis quisque inimicitiis vel odio calumnias finxêre, multique regis iracundia cædis cupida contra adversarios abutebantur. Et mendaciis quidem facile credebatur: supplicia vero celerius luebant, quam factæ erant criminationes. Denique accusabatur qui modo accusáverat, & *delator* cum eo qui ab ipso convictus erat ad pœnam ducebatur. Nam ut quæstiones succise haberentur, in causa erat vitæ discrimen, quod rex adibat. Eò autem acerbitatis processit, ut neminem culpa vacuum * placido vultu intueretur, immo & amicis crudelis esset & inhumanus. Itaque illorum multis regia interdixit: & quos manu feriendi potestatem non habebat, eos verbis *asperioribus* petebat. † Alexandro autem in malis instabat Antipater; factoque agmine ex consanguineis *sui similibus*, nihil reliqui faciebat quod crimini vertere potuit. Atqui eò timoris perductus est rex ex prodigiosis Antipatri sociorumque ejus mendaciis, ut videre videretur Alexandrum stricto gladio sibi imminere. Quo factum est ut comprehensum statim in vincula conjiceret, & ad quæstionem in ejus amicos tormentis habendam procederet. Multi autem aut taciti moriebantur, aut nihil contra conscientiam eloquuti. Alii vero, præ doloribus mentiri coacti, dicebant, patri ab eo cum fratre Aristobulo insidias fieri, eosque tempus observare, ut, illo inter venandum occiso, Romam profugerent. Istis, quanquam parum verisimilia erant, sed necessitate cogente effusa, lubenti tamen animo rex credebat, semet consolans in vinculis filii, quod id non injuste feciss videretur.

Quæstiones de variis habitæ, ut aliquid contra Mariamnes filios extorqueretur. Antt. l. 16. c. 8. §. 3.

η'. Ταῦτα τ' Ηρώδην ὕτως ἐξεφόβησεν, ὡς μηδὲ πρᾶγμα τολμῆσαι τὰς μηνύσεις ἐκφέρειν. ἀλλὰ, καλασκόπους ο ὑποπέμπων νύκτωρ τ μεθ' ἡμέραν, ἕκαστα τ πραττομένων ἢ λεγομένων p διηρεύνα, τ τὸν ἐν ταῖς ὑποψίαις εὐθέως ἀνῄρει. δεινῆς δὴ ἀνομίας ἐπλήσθη q τὸ βασίλειον. κτ' γὰρ ἔχθραν ἢ μῖσος ἴδιον ἕκαστος ἔπλαττε τὰς διαβολάς, τ πολλοὶ πρὸς τὰς διαφόρους φονῶντι τῷ βασιλικῷ θυμῷ r καλεχρῶντο. τ τὸ μὲν ψεῦδος εἶχε πρᾶγμα πίστιν, αἱ κολάσεις δ' τ διαβολῶν ἦσαν ὠκύτεραι. καληγόρητο γάρ τις ἄρτι καληγορήσας, τ τῷ s πρὸς αὐτὸν διελεγχθέντι συναπήγετο. τὰς γὰρ ἐξετάσεις t τ βασιλέως ὁ περὶ τ ψυχῆς κίνδυνος ὑπετέμνετο. πρόδηλη v δ' εἰς τοσοῦτον πικρίας, ὡς μηδὲ τ x ἀκαλαιλιάτων τινὶ προσβλέπειν ἡμέρως, εἶναι δ' τ τοῖς φίλοις ἀπηνέσταλος. πολλοῖς γὰρ y αὐτῷ ἀπεῖπε z τὸ βασίλειον. τ πρὸς ὃς οὐκ εἶχε χειρὸς ἐξουσίαν, τῷ λόγῳ χαλεπὸς ἦν. a ἐπανέδη δ' Ἀντίπατρος ἐν ταῖς συμφοραῖς Ἀλεξάνδρῳ. τ τοιοῦτος ποιήσας τ συγγενῶν οὐκ ἔστιν ἥν τινα διαβολὴν παρέλιπε. προήχθη γέ τοι πρὸς τοσοῦτον δέος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τ τεραλείας αὐτοῦ τ τ συνλαγμάτων, ὥστε b ἐφεστάναι δοκεῖν τ Ἀλέξανδρον ξιφήρη. συλλαβὼν γὰρ αὐτὸν ἔδησεν ἐξαπίνης, τ πρὸς βάσανον ἐχώρει τῶν φίλων αὐτοῦ. σιγῶντες δ' ἀπέθνησκον c οἱ πολλοί, τ μηδὲν d ὑπὲρ τὸ συνειδὸς εἰπόντες. οἱ δ' ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων ψευσάμενοι βιαθέντες ἔλεγον, ὡς ἐπιβουλεύοι τε αὐτῷ μετ' Ἀριστοβούλου τ ἀδελφοῦ, τ παφυλάττοι e κυνηγοῦντα κτείνας εἰς Ρώμην ἐκποδράναι. τούτοις, καίπερ ἀπίθανοις ὄσιν, ἀλλ' ὑπὸ τ ἀνάγκης ἐκχεδιασμένοις, ὁ βασιλεὺς ἐπίστευεν ἡδέως, παραμυθίαν λαμβάνων τ δῆσαι τ υἱὸν τὸ μὴ δοκεῖν ἀδίκως.

CAP. XXV.

Alexandrum & Pheroram Herodi reconciliat Archelaus.

Alexander, de salute sua desperans, se Herodi insidias struxisse fatetur. Antt. l. 16. c. 8. § 5.

A Lexander autem, quoniam nullo modo fieri posse videbat, ut patri persuaderet animum mutare, malis obviam ire decrevit: cumque libros quatuor adversus inimicos composuisset, de insidiis confitebatur, & illorum plerosque secum earundem participes esse declarabat; ante omnes autem Pheroram & Salomen. Nam & hanc etiam nocte quondam ‡ per vim secum concubuisse *dicebat*. Jamque libri in manibus erant Herodis, multa & gravia de optimatibus clamantes; & *tum* maturato itinere in Judæam venit Archelaus, de genero simul ac filia sollicitus. illisque provide ad-

Archelaus venit in Judæam. Antt. l. 16. c. 1. §. 6.

ΚΕΦ. κέ.

Αλέξανδρον τ Φερώραν τῷ Ηρώδῃ διαλλάττει Αρχέλαος.

Ο δὲ Αλέξανδρος, ἐπεὶ τ πάλιν μεταπείθειν ἀμήχανον ἑώρα, τοῖς δεινοῖς ὁμόσε χωρεῖν διέγνω. τ, τέσσαρας κτ' τῶν ἐχθρῶν βίβλους f συνταξάμενος, προσωμολόγει μὲν τ ἐπιβουλὴν, κοινωνοὺς δ' ἀπεδείκνυε τοὺς πλείστους αὐτῷ, πρὸ δὲ πάντων Φερώραν τ Σαλώμην. ταύτῃ γὰρ δὴ τ μιγῆναί ποτε g αὐτῷ τ μὴ θέλοντι, νύκτωρ εἰσβιασαμένην. αἵτε δὴ βίβλοι παρῆσαν εἰς χεῖρας Ηρώδῃ, πολλὰ τ δεινὰ κτ' τῶν δυνατῶν βοῶσαι. τ διὰ τάχους εἰς Ιουδαίαν Αρχέλαος ἀφικνεῖται, πρὸς τὸν γαμβρὸν τ τὴν θυγατρὶ δείσας. γίνεται δὲ βοηθὸς αὐτοῖς

o Υποπίμπων] Υπικτίμπων *Lædra Busb.* & *Rhed.*

p Διηρευνα,] Διηρευνᾶτο *Busb.* & *Rhed.*

q Τὸ βασίλειον.] Regia, sic mox etiam τὸ βασίλειον, hâc eadem 1. Sic etiam accipit *Rufinus*, ἀρχ. lib. 16. c. 8. §. 3. SPANH.

r Καλεχρῶντο.] *Rost.* Διεχρῶντο.

s Πρὸς αὐτὸν] Ita cum *Cod. Voss.* πρὸ αὐτοῦ in *Editis Aliisque.* HUDS. Προς *Voss. Ruf.* Ox. SPANH.

t Τῆ βασιλίας] Ego τῆ βασιλείας jungo cum sequentibus, alii vero cum præcedentibus.

v Δὲ εἰς] Abest δὲ a *Rost.*

x Ακαλαιλιάτων τινὶ] Sic infra lib. 4. c. 3. §. 10. SPANH. Alium sensum exhibet *Rost.* scribens μηδὲ τ ἄλλων ἐνατενίζων τινὶ. quasi vellet, Herodem neminem illorum, in quem oculos defigere contingebat, eo, quo antea, vultu aspexisse. Illud ἡμίρους Hebræi dicerent *sicut heri & nudiustertius. Genes.* 3. 2. 5. & 1 *Sam.* 19. 7. Sed forsan utrumque olim scripsit *Josephus*, hoc pacto, μηδὲ τ ἄλλων ἐνατενίζων ἀκαλαιλιάτων τινὶ, &c. Ut ita dicatur *Herodes* omnes illos, etiam insontes, quos modo adspiceret, velut hostes habuisse, & pravo sævoque lumine contuitus fuisse. HAV.

y Αὐτῶν] *Rost.* Αὐτοῖς.

z Τὸ βασίλειον.] Confer supra. SPANH.

a Επανέδη] Id est, *Periclitanti autem Alexandro instabat*, ut ruentem scilicet urgeret. Vel potius est *metaphora* à natantibus sumpta; siquis in hominem conscendat ægre enatantem, quo illum pondere suo submergat. ALDRICH. *Lugd. Bat.* Συνεπίθου.

b Εφιστάναι δοκεῖν] Ita *Busb.* ἐφιστάναι *Aliis.*

c Οἱ πολλοὶ,] Ista οἱ πολλοὶ non agnoscit *Big.* HUDS. Οἱ πολλοὶ deest in *Big. Ox.* SPANH.

d Υπὲρ] *Lugd. Bat.* male ὑπὸ.

e Κυνηγοῦντα] Κυνηγετοῦντα *Busb.*

f Συνταξάμενος,] Συγγραψάμενος *Voss.* & *Big.*

g Αὐτῷ τ μὴ θέλοντι,] Ita ex *Rost.* reliqui enim illud τ (quod hic optime convenit) non agnoscunt. HAV.

* *Humanitus* aut *humanius Ox.* SPANH.

† Periclitante Alexandro instabat Antipater. *Ox.* SPANH.

‡ Adjicere interpres debuerat *invito*, id enim & Græcum μὴ θέλοντι indicat, & amplius docemur ex *Antt.* 16. 8. 5. ubi illam sibi nescienti per noctem obrepsisse ait. HAV.

b Διεκρύ-

τοῖς μάλα προμηθὴς, καὶ τέχνῃ τὴν τοῦ βασιλέως ἀπειλὴν [h] διεκρούσαλο. συμβαλὼν γὰρ εὐθέως αὐτῷ, „ ποῦ ποτέ ἐστιν ὁ ἀλιτήριός μου γαμβρὸς, ἐβόα; ποῦ „ δὲ τὸ παροχλίονον ὄψομαι κεφαλὴν, ἣν ταῖς ἐμαυτοῦ „ χερσὶ διασπαράξω; προδήσω δὲ καὶ τὴν θυγατέρα „ μου τῷ καλῷ νυμφίῳ. καὶ γὰρ εἰ μὴ κεκοινώνηκε „ τοῦ σκέμματος, ὅτι τοιούτου γέγονε γυνὴ, μεμίανται. θαυμάζω δὲ καὶ σὲ τὴν ὑποβουλευθέντα τοιαύ- „ ξικαχίας, εἰ ζῇ [k] μέχρι νῦν Ἀλέξανδρος. ἐγὼ „ γὰρ ἠπειγόμην ἀπὸ Καππαδοκίας, ὡς τὸν μὲ εὑρή- „ σων πάλαι δεδωκότα δίκας, μεθ' ἧς σοῦ ποτὲ τῆς „ θυγατρὸς ἐξελάσων. [l] ἦν καὶκεῖνος, σὲ καὶ τὸ σὸν „ ἀξίωμα βλέπων, [m] ἐπηγγύησα. νῦν δὲ ποτὲ ἀμ- „ φοῖν ἡμῖν βουλευτέον. [n] καὶ ἢν λίαν πατὴρ τοῦ κο- „ λάζειν υἱὸν ὑποβουλον [o] ἀτονώτερος, [p] ἀμείψω- „ μεν τὰς δεξιὰς, καὶ γενώμεθα τῆς ἀλλήλων ὀργῆς „ διάδοχοι.

β. Τούτοις προεκομπήσας, καί πως προσλελαγμένον, Ηρώδην ὑπάγει. δίδωσι γοῦν αὐτῷ τὰς συλλαχθείσας ὑπ' Αλεξάνδρου βίβλους ἀναγνῶναι, καὶ καθ' ἕκαστον ἐφιστὰς κεφάλαιον, συνεσκέπλετο. [q] λαμβάνει δὲ ὁ Αρχέλαος ἀφορμὴν τοῦ παληγμάτος, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τοὺς ἐγγεγραμμένους καὶ Φερώραν μετῆγε τὴν αἰτίαν. ὡς δὲ ἑώρα πιστεύοντα τὸν βασιλέα, „ σκεπτέον, „ ἔφη, μήποτε τὸ μειράκιον ὑπὸ τοσούτων εἴη πονηρῶν „ ὑποβουλευόμενον, οὐχ ὑπὸ τοῦ μειρακίου σύ. καὶ γὰρ „ οὐδὲ ὁρᾶν αἰτίαν, [r] ἐξ ἧς ἂν εἰς τηλικοῦτον [s] μύ- „ σος [t] προσέπεσεν, [v] ἀπολαῦον μὲν ἤδη βασιλείας, „ [x] ἐλπίζον δὲ καὶ διαδοχῆς, εἰ μή τινες ἦσαν ἀνα- „ πείθοντες, καὶ τὸ τῆς ἡλικίας εὔκολον ἐπὶ κακῷ „ μεταχειριζόμενοι. διὰ γὰρ τοιούτων ἐξαπα- „ τᾶσθαι μὲν, οὐ νέους μόνον, ἀλλὰ καὶ γέροντας, „ [y] οἴκους δὲ λαμπροτάτους καὶ βασιλείας ὅλας ἀνα- „ τρέπεσθαι.

γ. Συνήνει τοῖς [z] λεγομένοις Ηρώδης, καὶ τὸ μὲν πρὸς Αλέξανδρον ὀργὴν ἐπανίει κατ' ὀλίγον, πρὸς δὲ Φερώραν παρωξύνετο. [a] τῶν γὰρ τεσσάρων βιβλίων ὅτου ἦν [b] ἡ ὑπόθεσις. ὃς καλιδῶν τό, τε τοῦ βασιλέως ὀξύρροπον, καὶ τὴν Αρχελάου φιλίαν παρ' αὐτῷ πάντων κρείττουσαν, ὡς οὐκ [c] ἐπὴν εὐχήμων σωτηρία, τὴν δι' ἀναιδείας ἐπορίζετο. καταλείψας γοῦν Αλέξανδρον, προσέφευγεν Αρχελάῳ, καίκειν, „ οὐχ ὁρᾶν, „ ἔφη, πῶς ἂν αὐτὸν [d] ἐξαιτήσαιτο, [e] τοσούτοις „ [f] ἐπεχόμενον ἐγκλήμασιν, ἐξ ὧν σαφῶς ἐπιδείκνυ- „ ται τοῦ βασιλέως ὑποβολον, καὶ τῶν παρόντων τῷ „ μειρακίῳ κακῶν αἴτιον γεγονὼς, εἰ μὴ βούληται, „ τὸ πανοῦργον καὶ τὰς ἀρνήσεις ἀφεὶς, προσομολογῆ- „ σαι μὲν τὰ καληγορημένα, συγγνώμην δὲ αἰτήσα- „ σθαι παρὰ ταδελφῷ καὶ φιλοῦντος. εἰς γὰρ τοῦτο „ πάντα τρόπον αὐτῷ συνεργήσειν.

δ'. Πείθει Φερώρας, καὶ καλασκευάσας [g] αὐτὸν ὡς ἂν οἰκτρόταλον φανείη, μελαίνῃ τε ἐσθῆτι καὶ δακρύοις, προσπίπτει τοῖς Ηρώδου ποσίν, [h] ὡς πολλάκις ἔτυχε, συγγνώμην αἰτήσοντος, καὶ μιαρὸν μὲν ἑαυτὸν ὁμολογῶν, modum opem tulit & auxilium, & astutia *sua* regis minas à cervicibus illorum depulit. Statim enim ac cum eo congressus est, „ ubinam est, clamabat, „ sceleratus *ille* gener meus? aut ubi paricidale caput in conspectum meum veniet, quod manibus „ meis dilacerabo? immo & filiam meam bono *isti* „ sponso adjiciam. nam etsi consilii particeps non „ fuerit, ejusmodi tamen viri conjux facta, *sceleribus* inquinata est. Miror autem tui patientiam „ cui paratæ erant insidiæ, si adhuc vivit Alexander. Ego enim è Cappadocia properabam, illum „ jampridem pœnas dedisse comperturus, & de „ filia *mea* quæstionem tecum habiturus; quam „ & illi, te tuamque dignitatem spectans, despondi. At nunc de utroque nobis deliberandum „ est. Et si admodum pater sis, & ad puniendum „ filium *tui* insidiatorem minus fortis, dextras „ permutemus, atque in ira exsequenda alter in „ alterius vicem succedamus.

Astute agit Archelaus, ut patrem filio reconciliet. Antt. l. 16. c. 8. §. 6.

2. Ista magnifice loquutus, Herodem, quamvis propositi ex adverso tenacem, aliquantulum inde deducit. Itaque libros ab Alexandro compositos ei legendos tradit, singulisque capitulis insistens, cum eo *ista* dispiciebat. Unde *sui* consilii *adhibendi* occasionem arripit Archelaus; paulatimque culpam in eos quorum nomina scripta erant in libris & in Pheroram transtulit. Cum autem sibi credere regem videret, „ considerandum est, inquit, ne forte adolescens tot sceleratorum insidiis impetatur, „ non tu ab adolescente. Haud enim constat quid „ causæ esset, cur in scelus adeo magnum incideret (qui & nunc regno tantum non potitur, „ spemque habet *in regnum* succedendi) nisi quidam suasores *& impulsores* extitissent, qui ætatis „ facilitate abuterentur. Nam ab ejusmodi hominibus non solum juvenes deceptos esse *constat*, „ verum etiam senes, domosque clarissimas & integra regna subverti.

In Herodis amicos Alexandri crimina transfert. Antt. l. 16. c. 8. §. 6.

3. Consentiebat dictis Herodes, & nonnihil de sua in Alexandrum ira paulatim remittebat, & *è contra* in Pheroram exasperabatur. nam ille erat quatuor librorum *fere* argumentum. qui, cum vidisset quò propenderet regis animus, & in omnibus apud eum prævalere Archelai amicitiam, quam honeste non potuit ex impudentia quæsivit salutem. Itaque, relicto Alexandro, confugit ad Archelaum. Atque ille, „ non se videre, ajebat, quo modo periculo eum eximat, qui tot criminibus se obstrinxerit, ex quibus clare demonstratur ipsum „ regi insidiatum esse, omniumque malorum, „ quibus juvenis conflictatur, causam & auctorem exstitisse; nisi vellet, inficiandi versutia „ deposita, omnia de quibus insimularetur confiteri, & à fratre ipsum etiam diligente veniam petere. ad hoc enim se quoque modis omnibus „ auxilium ei laturum.

Herodes in Pheroram exacerbatus. Antt. l. 16. c. 8. §. 6.

4 Paruit *Archelao* Pheroras, & cum ita se comparasset, ut quam maxime miserabilis appareret, & veste atra & lachrymis, Herodi ad genua accidit, id quod sæpiuscule potuit, sibi ignosci postulans, & se quidem sceleratum esse confitens, ut qui omnia

Pheroras, suasu Archelai, Herodi ad genua accidit.

quæ

h Διεκρούσαλο.] *Rost.* Απεκρούσαλο.
i Ανεξικακίας,] Conf. inf. c. 32. §. 2. SPANH.
k Μέχρι νῦν] Μέχρι νῦν ὁ Αλέξανδρος *Busb.*
l Ην κἀκείνῳ,] Ην ἐκείνῳ *Busb.* & *Rhed.*
m Επηγγύησα.] *Rost.* Εγγυησα.
n Καὶ ἢν—ἐπιτρέλειν] Conf. supr. cap. 10. §. 4. SPANH.
o Ατονώτερος,] *Rost.* Εὐτονώτερος.
p Αμείψωμεν] Ita *Busb.* & *Ruf.* ἀμείψομεν vel ἀμείψομαι in *ceteris.*
q Λαμβάνει] Λαμβάνει δ' Αρχέλαος *Rhed.*
r Εξ ἧς ἂν] Υφ' ἧς *Busb.*
s Μῦσος] Ita lego cum *Rufino.* μῖσος in *Græcis* omnibus. HUDS. Μῖσος *Rost.* SPANH.
t Προσέπεσεν,] *Rost.* Διέπεσεν.
v Απολαῦον] Απολαύων & statim ἐλπίζων in *MSS.* HUDS. Απολαύων *MS.* SPANH.
x Ελπίζον] *MS.* SPANH.
y Οἴκους δὲ λαμπροτάτους] *Rost.* Οἶμαι δὲ λαμπρότατας, &c. quo modo distinctio post γεροντας esset abolenda; sed placet magis vulgata lectio. HAV.
z Λεγομένοις] *Rost.* Φθεγγομένοις.
a Τῶν γὰρ τεσσάρων] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 8. §. 6. SPANH.
b Η ὑπόθεσις.] Illud ἡ adjectum esse volui è *Cod. Busb.*
c Επὴν] *Rost.* Ην.
d Εξαιτήσαιτο,] *Lugd. Bat.* Εξαιτήσαιμι. Male.
e Τοσούτοις] *Rost.* Τοσούτου.
f Επεχόμενον] Ανεχόμενον *Busb.* & *Rhed.*
g Αὐτὸν] Εαυτὸν in quibusdam *MS.*
h Ως πολλάκις] Illa ὡς πολλάκις ἔτυχε non agnoscit *Ruf.* HUDS. Deest in *Rufino.* SPANH.

j Μάρ-

quæ ſibi objicerentur patrarit; mentis vero alienationem & inſaniam deplorans, cujus cauſam in mulieris amorem conferebat. Cum autem Pheroram ſuimet accuſatorem & teſtem ſtitiſſet Archelaus, tum ita Herodem exorabat, ejuſque iracundiam mitigabat, familiari uſus exemplo. „ Nam & ego, „ *inquit*, à fratre multo graviora perpeſſus, natu„ ræ jus ante vindictam poſui. quippe in regnis, „ veluti in magnis corporibus, partem aliquam „ ſemper intumeſcere præ gravitate *&* *mole*, „ quam amputare quidem non oportet, leniter „ vero curare.

Pheroram Herodi reconciliat Archelaus. *Antt.* l. 16. c. 8. §. 6.

5. Cum multa ejuſmodi diceret, Herodis quidem animum erga Pheroram placatiorem reddidit; ipſe vero Alexandro ſuccenſere non deſtitit, filiamque ab eo diſjunctam *ſecum* abducturum ajebat, donec eò redegerat Herodem, ut è contra pro adoleſcente eum deprecaretur, ut iterum ei filiam deſponderet *ſuam*. Archelaus autem * probabilitate magna ſimulavit ſe velle tandem permittere, ut ea cuivis collocaretur præterquam Alexandro: ſibi enim nihil prius & antiquius eſſe, quam ut jura affinitatis inter ſe conſerventur. Rege autem ſibi filium ab eo † donatum iri affirmante, ſi matrimonium non dirimeret, quod & liberos jam haberent, & uxor ab adoleſcente impenſe diligeretur; quæ, ſi diutius maneat, delictis remedium afferet, ſin *à filio* divelleretur, in cauſa erit cur de omnibus deſperetur: * molliorem namque fieri audaciam, ſi animus à domeſticis affectibus occupetur. Vix tandem Archelaus inflexus & *genero* reconciliatur, facitque ut pater cum adoleſcente in gratiam redeat. omnino tamen eum Romam mitti debere adjicit, cum Cæſare colloquuturum; de omnibus enim ſeſe literas ad eum dediſſe.

Nec non Alexandrum. *Antt.* l. 16. c. 8. §. 6.

6. Atque ita quidem vafro Archelai conſilio, quo generum *periculo* liberaverat, finis aderat: &, redintegrata concordia, tempus aliquod conviviis & lætitiis impendebant. Ipſi autem, cum diſcederet, dono dedit Herodes talenta ſeptuaginta, & ſolium aureum gemmis diſtinctum, & eunuchos, & concubinam, cui nomen erat Pannychis, item amicorum ejus quemque pro cujuſque merito honoravit. Similiter etiam cognati *regis* omnes, juſſu illius, Archelao ſplendida donarunt munera. eumque tam Herodes quam optimates ad Antiochiam uſque proſequuti ſunt.

Archelaum, muneribus auctum, Antiochiam uſque deducit Herodes. *Antt.* l. 16. c. 8. §. 6.

δεδραχέναι γ᾽ πάντα ὅσα καληγόρηλο. ᾠδηκοπὴν δὲ φρενῶν ϗ μανίαν ὀδυρόμθ᾽, ἧς αἴτιον εἶναι τ ἔρωτα τ γυναικὸς ἔλεγε. ᾠδαγήσας δὲ καλήγορον ϗ [i] μάρτυρ αὐτῦ Φερώραν Αρχέλα᾽, ὕτως ἤδη παρηλεῖτο, ϗ τ Ηρώδ᾽ καλέστελλεν ὀργὴν, χρώμθ᾽ οἰκείοις ὑποδείγμασι. „ ϗ γ᾽ αὐτὸς, πολλῷ χαλεπώτερα „ πάσχων [k] ὑπὸ ἀδελφῦ, τ ἀμύνης ὑπεπροσθεν τί„ θεαζ τὸ τ φύσεως δίκαιον. ἐν γ᾽ ταῖς βασι„ λείαις, ὥσπερ ἐν μεγάλοις σώμασιν, ἀεί τι μέ„ ρ᾽ φλεγμαίνειν ὑπὸ ζ βάρυς, ὅῳ ἀποκόπλειν „ μ ὐ χρῆναι, θεραπεύειν δὲ [l] πραότερον.

ε. Παλλὰ τοιαῦτα λέγων, Ηρώδην μὲν ὑπὶ [m] Φερώρᾳ [n] μειλίσσ᾽. διέμθε δ᾽ αὐτὸς ἀγαναχτῶς πρὸς Αλέξανδρον, ϗ τ θυγατέρα ἀφζεύξας ἀπάξειν ἔφασκεν, ἕως πεῖσησεν Ηρώδην ἀντιπαρακαλεῖν ὑπὲρ ζ μειραχίυ, ϗ πάλιν αὐτῷ μνησευέαζ τ θυγατέρα. σφόδρα δὲ [o] ἀξιοπίστως Αρχέλα᾽ ᾧ βέλεται συνοικίζειν αὐτὴν ἐπέτρεπε, πλὴν Αλεξάνδρυ. ᾠδὶ πλείστ᾽ γ᾽ ποιεῖαζ τηρεῖν πρὸς αὐτὸν τὰ τ ὑπιγαμίας δίκαια. φαμένυ δὲ ζ βασιλέως δῶρον ἔξειν παρ᾽ αὐτῦ τ υἱὸν, εἰ μὴ δύσειε τ γάμον, ὄντων μὲν αὐτοῖς ἤδη ϗ τέκνων, σεργομένης δ᾽ ὕτως ὑπὸ τῦ μειραχίυ τ γυναικὸς, ἣν ᾠδεμένυσαν μὲν [p] ἔσεσθαι [q] δυσώπημα τ ἡμαρτημένων, ἀπράγειῶσαν δὲ αἰτίαν τ εἰς ἄπανλα ἀπογνώσεως μαλακωτέρας γ᾽ γίνεαζ τὰς τόλμας, πάθεσιν οἰκείοις ᾠδισπωμένας. [r] καλανεύσας μόγις Αρχέλα᾽ [s] ᾳφλλάσσεταί τε ϗ ᾳφλλάσσει τῷ νεανίσκῳ τ πατέρα. δεῖν μέντοι πάντως, ἔφη, πέμπειν αὐτὸν εἰς Ρώμλυ, Καίσαρι ᾳφλεξόμθον. γεγραφέναι γ᾽ αὐτὸς ἐκείνῳ ᾠδὶ πάντων.

ς. Τὸ μὲν ὧν Αρχελάυ [t] σραλήγημα, δι᾽ ὃ τ γαμβρὸν ἐρρύσαλο, πέρας εἶχε. μελὰ δὲ τὰς ᾳφλλαγὰς, ἐν εὐωχίαις ϗ φιλοφρονήσεσι δῆγον. ἀπιόντα δὲ αὐτὸν Ηρώδης δωρεῖται ταλάντων ἑβδομήκοντα [v] δώροις, θρόνῳ τε χρυσῷ ᾳφλίθῳ, ϗ εὐνέχοις, ϗ παλλακίδι, ἥτις ἐκαλεῖτο [x] Παννυχὶς, τ τε φίλων ἐτίμησεν ἕκαστον κατ᾽ ἀξίαν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ συγγενεῖς, προπέμπ᾽ τῦ βασιλέως, πάντες Αρχελάῳ λαμπρὰ δῶρα ἔδοσαν. πρεπέμφθη δὲ ὑπό τε Ηρώδυ ϗ τ [y] δυναζῶν μέχρις Αντιοχείας.

ΚΕΦ.

i Μάρτυ] Ita in *MSS.* μάρτυρα *Baſ.* & *Gen.* HUDS. Μάρτυ *MSS. Ox.* SPANH.

k Υπὸ ἀδελφῦ,] Υπὸ ζ ἀδελφῦ in *MSS.* HUDS. Υπὸ τῦ ἀδ. *MSS.* SPANH.

l Πραότερον.] *Roſt.* Πρώτερον.

m Φερώρᾳ] Ita cum *Cod. Big.* & *Lugd. Bat.* Φερώραν in *ceteris.* HUDS. Φερωρᾳ. *Big.* Ox. SPANH.

n Μειλίσσ᾽.] Sic *Bod.* & *Voſſ.* μειλίσσ᾽ in *reliquis.* HUDS. Μειλίσσεται. *Bod. Voſſ.* SPANH.

o Αξιοπίστως] Αξιοπίστως *gravatim.* Ita ſcilicet ſimulabat Archelaus, idque ſolerter adeo ut Herodem falleret. Itaque Joſephi mentem, non verba ſpectavit interpres. Ea ſic verti poſtulant: *Archelaus vero probabiliter*, vel *ſolerter admodum ſimulavit ſe velle tandem permittere, ut ea cuivis collocaretur præterquam Alexandro* ALDR.

p Εσεσθ᾽] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 6. §. 5. SPANH.

q Δυσώπημα] Difficile eſt una voce explicare quid ſignificet hoc loco δυσώπημα, quando & præteriti reſpicit veniam, & futuri cautionem. Verto interim *remedium*, donec vox aliqua commodior occurrat. De præterito accepit *Ruſinus*, qui vertit *peccatorum foret oblivio*; de futuro potius intellexit Herodes, ut ex ſequentibus patet. ALDR.

r Καλανεύσας] Ita *Busb. Rhed. Roſt.* & *Bod.* καλανεύσει in *Editis Aliiſque.*

s Διαλλάσσεται] Διαλλάττεταί τε ϗ ᾳφλλάττει in *iiſdem MS.*

t Στρατήγημα,] Nota σραλήγημα de *ſtratagemate.* SPANH.

v Δώροις,] Illud δώροις non agnoſcit *Bod.*

x Παννυχὶς,] Πάνυχις in *quibuſdam MS.*

y Δυναζῶν] Ita cum *MS.* ut & *Roſt.* δυναζῶν in *Editis.*

* *Vel*, ſolerter admodum.

† Donatum iri, *Not.* Ox. SPANH.

* Molliorem namque fieri audaciam ſi domeſticis affectionibus diſtrahatur, *Ruf.* Molliores enim fieri ſolere ſcelerum præſumptiones, quæ domeſticis affectibus revocarentur, *Hegeſipp.*

ΚΕΦ. κϛ'.

Ὡς τὸν Μαριάμμης υἱὸς Ἀγριόλλει Εὐρυκλῆς, καὶ οὐδὲν ἰσχύει ἡ τοῦ Εὐαράτου Κώου ἀπολογία.

ΜΕΤ' οὐ πολὺ δέ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν [z] παρέβαλεν ἀνὴρ, πολὺ τῆς Ἀρχελάου γραμματικώτερος, ὃς οὐ μόνον τὰς [a] ὑπ' ἐκείνῳ πολιθυθείσας Ἀλεξάνδρῳ Ἀγαλλαγὰς ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ ἀπωλείας [b] αἰτίαν αὐτῷ κατέστη. [c] ὃς ἦν Λάκων, [d] Εὐρυκλῆς τέκνωμα, πόθῳ χρημάτων εἰς τὴν βασιλείαν [e] προσφθαρείς. ὁ γὰρ ἀνθρωπος ἔτι ἡ Ἑλλὰς αὐτοῦ τὴν πολυτέλειαν. λαμπρὰ γὰρ Ἡρῴδῃ δῶρα προσενεγκὼν, δέλεαρ ὧν ἐθηρᾶτο, καὶ τὸ χρῆμα πολλαπλασίω λαβὼν, οὐδὲν ἡγεῖτο τὴν καθαρὰν δόσιν, εἰ μὴ δι' αἵματος ἐμπορεύσαιτο τὴν βασιλείαν. παρέρχεται γὰρ τὴν βασιλέα κολακείᾳ καὶ δεινότητι [f] λόγων, καὶ περὶ αὐτοῦ ψευδέσιν ἐγκωμίοις. ταχέως γὰρ συνιδὼν τὸν Ἡρῴδου τρόπον, καὶ πάντα λέγων τε καὶ πράττων τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ, φίλος ἐν τοῖς πρώτοις γίνεται. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς [g] διὰ τὴν παλαιὰν, καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν ἡδέως προσείμενον τὴν Σπαρτιάτιν.

β'. Ὁ δὲ, ἐπεὶ [h] τὰ σαθρὰ τῆς οἰκίας κατέμαθε, τάς τε τῶν ἀδελφῶν διαφορὰς, καὶ ὅπως διέκειτο πρὸς ἕκαστον ὁ πατὴρ, Ἀντιπάτρου μὲν ξενίᾳ προκαταλήπτου, φιλίᾳ δὲ Ἀλεξάνδρου ὑπερκρινέτου, ψευσάμενος ἑταῖρον αὐτὸν εἶναι καὶ Ἀρχελάου πάλαι. διὸ δὴ καὶ ταχέως ὡς δεδοκιμασμένος εἰσέχθη. σωφρονεῖν δὲ ἑαυτὸν εὐθέως καὶ Ἀριστοβούλῳ τῷ ἀδελφῷ. πάντων δὲ ἀπειραθεὶς τῶν προσώπων [i] ἄλλου ἄλλως ὑπήει. γίνεται δὲ προηγουμένως μισθωτὸς Ἀντιπάτρου, καὶ προδότης Ἀλεξάνδρου. τῷ μὲν γὰρ ὑποζώννυσθαι μὲν ὡς πιστεύεται τὰς ἐφεδρεύουσας αὐτοῦ ταῖς ἐλπίσιν. Ἀλεξάνδρῳ δὲ, εἰ γεγεννημένος ἐκ βασιλίδος, καὶ βασιλίδι συνοικῶν, ἐάσει παραδέχεσθαι τὴν ἀρχὴν τὴν ἐξ ἰδιώτιδος, καὶ ταῦτα μεγίστην ἀφορμὴν ἔχων Ἀρχέλαον. ἦν δὲ πιστὸς τῷ μειρακίῳ σύμβουλος, τὴν Ἀρχελάου φιλίαν πλασάμενος. διὸ μηδὲν ὑποζελλόμενος Ἀλέξανδρος, τότε μὲν Ἀντίπατρον ἀπωδύρετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ὡς Ἡρῴδης αὐτοῦ τὴν μητέρα κτείνας, καὶ παραδόξου εἰ καὶ αὐτὸς ἀφαιρεῖται τὴν ἐκείνης βασιλείαν. ἐφ' οἷς Εὐρυκλῆς, οἰκτείρειν τε καὶ συναλγεῖν ὑπεκρίνετο. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τὸν Ἀριστόβουλον εἰπεῖν δελεάσας, καὶ ταῖς περὶ τοῦ πατρὸς μέμψεσιν [k] ἐνδυσάμενος ἀμφοτέρους, ᾤχετο φέρων Ἀντιπάτρῳ τὰ ἀπόῤῥητα. προσεψεύδετο δ' ὀπιθεν, ὡς ἐπανορθούντων [l] αὐτῷ τὸν ἀδελφῶν, καὶ μόνον οὐκ ὀπιφερόντων ἤδη τὰ ξίφη. λαβὼν δὲ ὀπὶ τούτοις χρημάτων πλῆθος, ἐπαινέτης ἦν Ἀντιπάτρου πρὸς τὸν πατέρα. τὸ δὲ τε-

CAP. XXVI.

Eurycles calumniæ contra filios Mariamnes, frustraque eos purgat Euaratus Cous.

NON multo autem post in Judæam vir *quidam* se conferebat, consiliorum vafritie longe potentior Archelao; qui non solum gratiæ reconciliationem ab ipso impetratam irritam fecit, sed & Alexandro causa exitii fuit. Ille Laco erat genere, nomine Eurycles, * desiderio pecuniæ eò redactus ut in regno vivere jam expeteret. non amplius enim luxum ejus tolerare potuit Græcia. Cum autem Herodi splendida attulisset munera, escam ad ea quæ venaretur captanda, ac statim *omnia* multiplicata accepisset, puram liberalitatem nihil esse ducebat, nisi sanguine mercaturam faceret regni. Itaque regem adulatione, & eloquentiæ vi, falsisque laudibus eum efferendo, circumvenit. cumque cito Herodis ingenium perspexisset, atque omnia diceret faceretque ad ejus voluntatem, inter amicorum primos numeratur. Nam & rex, & qui circa eum erant omnes, ejus, utpote Spartani, patriæ gratia rationem non vulgarem libenter habuerunt. *Eurycles Lacedæmonius sese in amicitiam Herodis insinuat. Antt. l. 16. c. 10. §. 1.*

2. Ille vero, ubi *regia* domus vitia didicit, fratrumque inimicitias, & quemadmodum pater in singulos esset *animatus*, Antipatri quidem hospitio primùm usus fuerat: simulata vero amicitia colebat Alexandrum, se & Archelai quondam socium esse mentitus. quo factum est ut *is*, tanquam spectatæ fidei vir, sine mora exciperetur: moxque semet fratri etiam Aristobulo commendari curabat. Pertentatis autem personis omnibus, aliam alio modo subibat. Verum ante omnia fit mercenarius Antipatri, & proditor Alexandri. Illi quidem exprobrans quòd natu maximus eos insuper habeat, qui insidiis id agunt ut ipsum spe sua deturbent: Alexandro vero, quòd à regina natus, & regiæ vir conjugis, privatæ mulieris filium *patri* in regnum succedere patiatur; præsertim cum Archelaum *sibi conjunctum* habeat, qui maximo ipsi erit subsidio. Itaque ab adolescente pro fideli habitus est consiliario, Archelai amicitiam mentitus. Qua re fiebat ut Alexander nihil dissimulans, & in sinum ejus quæ haberet contra Antipatrum effuderit; & minime mirandum esse dixerit, si Herodes, cum matrem illorum interemisset, ipsis quoque regnum illius iret ereptum. Quorum causa Eurycles, & misericordia commoveri & condolere simulabat. Cumque Aristobulum ad eadem dicenda illexisset & utrosque in querimoniæ laqueos induisset, discedebat secreta ad Antipatrum deferens. Verum *istis* insuper affixit ejusmodi commentum, ac si fratres ei parassent insidias, & jam fere in eo essent ut strictis *in eum* gladiis irruerent. Ob hæc autem multa pecunia donatus ab Antipatro, eum apud patrem egregie laudabat: & ad *Eurycles mercenarius Antipatri, & Mariammes filiorum proditor. Antt. l. 16. c. 10. §. 1.*

Ab Antipatro & Herode muneribus donatur. Antt. l. 16. c. 10. §. 1.

z Παρέβαλεν] Sic *MSS.* (*Lugd. Bat.* etiam & *Roff.*) παρεμβάλλει *Baf.* & *Gen.* HUDS. Παρέβαλεν. *MS.* OX. SPANH.

a Ὑπ' ἐκείνου] Ὑπ' ἐκεῖνον *Voff.* & *Bod.*

b Αἴτιος] Αἴτιον *Busb.*

c Ὃς ἦν Λάκων,] Is (ni fallor inquit *Usserius* in *Ann.* p. 597.) qui ante annos viginti quinque Antonium à pugna Actiaca fugientem persecutus, jam Herodis hospitio usus, & apud Antipatrum diversatus, in Alexandri gratiam sese insinuaverat. De hoc Eurycle *Plutarchus* in *Anton.* p. 947. A. ALDR.

d Εὐρυκλῆς] De eodem Eurycle Plutarch. in Antonio. p. 947. SPANH.

e Προσφθαρείς.] Διαφθαρεὶς in nonnullis *MS.* HUDS. Φθαρεὶς in *Roff.*

f Λόγων,] Πραγμάτων.

g Διὰ τὴν παλαιὰν,] Judæos inter & Lacedæmonios vetus erat amicitia atque societas, quod (inter alia) utrique genus suum ab eodem Abrahamo ducerent. Vide *Ant.* l. 12. c. 4. §. 9. & 13. 5. 8. ALDR. Spartani fratres Judæorum in lib. *Maccab.* REL. De cognatione Lacedæmoniorum & Judæorum *ἀρχ.* lib. 12. c. 4. §. 9. & lib. 13. c. 5. §. 8. Vid. 1. *Macc.* XII. De Eurycle Lacone ob patriam apud Herodem gratioso vid. inf. §. 5. SPANH.

h Τὰ σαθρὰ] *Fragilitatem.* Cicero *imbecillitatem* dixit. Gallicum *foible* vim vocis accurate exprimit. ALDR.

i Ἄλλου ἄλλως ὑπήει.] Ἄλλον *Rhed.*

k Ἐνδυσάμενος] Ἐνδυσάμενος *Voff. Bod.* & *Ruf.* ἐνδυσάμενος, ἀμφοτέρους ὤχετο *Rhed.* HUDS. Ἐνδυσάμενος *Bod. Voff. Ruf. Oxon.* SPANH.

l Αὐτῷ] Ita omnes *MSS.* αὐτὸν *Impressi.* HUDS. Αὐτὸν *MS. Ox.* SPANH.

* Ad regni desiderium amore pecuniæ corruptus, *Ruf.*

ad extremum, cum necem Aristobuli & Alexandri patrandam suscepisset, coram patre accusationem in eos instituit. ipsoque adito, „ vitam se Herodi pro „ beneficiis rependere, dicebat, lucisque gratia pro „ hospitio eum remunerare. jampridem enim A„ lexandrum in eum exacuisse gladium, dextram„que intendisse: ipsum vero ne ocyus moveret „ impediisse, ut qui se adjutorem fore simulasset. „ Alexandrum enim dicere, quod non contentus „ erat Herodes ut ipse regnum alienum occuparet, „ & post matris illorum cædem principatum ejus „ dilaceraret; sed & insuper spurium sibi succesſo„rem faceret, avitum ipsorum regnum pesti *illi* An„tipatro tradens. Proinde semet Hyrcani manes „ & Mariamnes ultum ire. nec enim decere ut „ ille successionem *regni* ab hujusmodi patre sine „ cæde sustineret. Multis autem rebus se ad hoc „ excitari quotidie; ut cui nihil omnino loqui li„ceret quod non calumniæ vertitur. Nam si de „ nobilitate *etiam* aliorum fiat mentio, sine ratione „ se contumeliis affici, patre dicente, solum A„ lexandrum nobilem esse, cui & pater ob generis „ humilitatem male audit. inter venandum etiam, „ in offensionem incurrere si taceat, sin *aliquem* „ laudaverit cavillatorem appellari. Patrem autem „ sibi omnino immitem inveniri, solique Antipa„tro indulgentem. ob quæ se libenter moriturum „ esse, si parum succedant insidiæ: sin ipsum oc„ciderit, sibi ad salutem præsidia fore, primùm „ Archelaum socerum suum, deinde Cæsarem, „ hucusque Herodis mores ignorantem. Non enim „ ut antea se ei adstaturum, patris præsentiam hor„rentem & reformidantem; neque verba facturum „ de iis quæ suo tantum nomine afferet * crimina„tionibus. sed primum quidem totius gentis mi„serias se memoraturum, & quod ad necem us„que tributis ab ipsa exactis vexarentur; deinde „ quam luxuriose & facinorose pecunias etiam „ sanguine partas profuderit; & qui è nobis divitias „ comparavere, quales sint, & quæ quibus *ad* „ *diripiendum* permissæ sint civitates: tandem vero „ se † requisiturum ibi & avum & matrem, regni„que flagitia omnia palam prolaturum. quibus „ cognitis non erit ut parricida judicetur.

Eurycles in Mariammes filios calumniæ, quibus accusationem in eos instituit.

3. Postquam verba ejusmodi portentosa in Alexandrum fecisset Eurycles, multus erat in Antipatri laudibus, ac si is solus patrem diligeret, adeoque etiam nunc obstaret quo minus insidiæ fierent. Rex autem ‡ cum nondum se ex *malis* superioribus bene recuperasset, in iram insanabilem efferatur. Atque aliam adhuc opportunitatem nactus Antipater, alios accusatores fratribus subornabat, qui di-

Antipater apud Herodem laudatur ab Eurycle.

λευταῖον [m] ἐργολαβήσας τὸν Ἀριστοβούλου καὶ Ἀλεξάνδρου θάνατον, κατήγορος αὐτοῦ ὅτι τῷ πατρὶ γίνεται. καὶ προσελθὼν, „ ἀντιδιδόναι τὸ ζῆν, ἔφα„σκεν, Ἡρώδῃ, τῷ εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, καὶ τὸ φῶς „ ἀμοιβὴν τῆς ξενίας ἀντιπαρέχειν. πάλαι γοῦν ἐπ' „ αὐτὸν ἠκονῆσαι ξίφος, καὶ τὸν Ἀλεξάνδρου τετο„νῶσθαι δεξιὰν, [n] ἐμποδὼν ἂν αὐτὸς γεγονέναι τῷ „ τάχει, συνεργεῖν ὑποκριθείς. φάναι γοῦν τὸν Ἀλέξαν„δρον, ὡς οὐκ ἀγαπᾷ βασιλεύσας αὐτὸς Ἡρώδης οὐ „ ἀλλοτρίοις, καὶ μὴ τὸν τῆς μητρὸς [o] αὐτοῦ φόνον τῇ „ ἐκείνης δεχὴν [p] σπαθήσας· ἀλλ' ἔτι καὶ νόθον [q] εἰσά„γειν ἀλλόδοξον, Ἀντιπάτρῳ τῷ [r] φθόρῳ τὴν παππῴαν „ αὐτοῦ βασιλείαν προλέγειν. τιμωρήσειν γεμὴν αὐτὸν „ τοῖς Ὑρκανοῦ καὶ Μαριάμμης δαίμοσιν· εἰδὲ γοῦν πρέ„πειν αὐτὸν ἀλλοδέξαν τοιαύτης πατρὸς τὴν „ [s] δεχὴν, δίχα [t] φόνου. πολλὰ γὰρ εἶναι τὰ παρο„ξύνοντα καθ' ἡμέραν, ὥστε μηδὲ λαλίας τινὰ τρόπον „ ἀσυκοφάντητον καταλελεῖφθαι. εἰ μὲν γοῦν εὐγε„νείας ἑτέρων [v] μνείας γινομένης, αὐτὸς ἀλόγως ὑβρί„ζεται, ὅτι πατρὸς λέγοντος, ὁ μόνος εὐγενὴς Ἀλέξαν„δρος, καὶ τὸν πατέρα ἀφ' ἀγένειαν ἀδοξῶν. κα„τὰ δὲ τὰς θήρας, προσκρούειν μὲν σιωπῶν, ἐπαινέσας „ δὲ προσακούειν εἴρων. πανταχοῦ δὲ ἀμείλικτον εὑρί„σκειν τὸν πατέρα, καὶ [x] μόνῳ φιλόοργον Ἀντιπάτρῳ. „ [y] δι' ὧν ἡδέως καὶ τεθνήξεται, μὴ κρατήσας τὸ ὀπι„σθεν. κλείειν δὲ εἶναι σωτηρίας [z] ἀφορμὴν, πρῶ„τον μὲν Ἀρχέλαον ὄντα κηδεστὴν, πρὸς ὃν ἀφ' εὐ„ξεται ῥᾳδίως, ἔπειτα Καίσαρα, μέχρι νῦν ἀγνοοῦντα „ τὸν Ἡρώδου τρόπον. εἰ μὲν ὡς πρότερον αὐτῷ παρα„στήσεται θρασυνόμενος τὸν ἔφεδρον πατέρα, εἰδὲ φθέγξε„ται περὶ [a] τῶν αὐτῷ μόνον ἐγκλημάτων. ἀλλὰ πρῶ„τον μὲν κηρύξειν τὰς τῶν ἐθνῶν συμφορὰς, καὶ τὰς μέ„χρι ψυχῆς [b] φορολογουμένους, ἔπειτα εἰς οἵας [c] τρο„φὰς καὶ πράξεις τὰ δι' αἵματος πορισθέντα χρή„ματα ἀναλωθείη, τάς τε [d] ἐξ ἡμῶν πλουτήσαν„τας, οἵων, καὶ τὰς θεραπευθείσας πόλεις, ὅτι τίσιν „ ζητήσειν ἂν καὶ τὸν πάππον [e] ἐκεῖ καὶ τὴν μητέρα, „ καὶ τὰ [f] τῆς βασιλείας μύσος πάντα κηρύξειν. ἐφ' οἷς „ ὁ κριθήσεται πατραλοίας.

γ'. Τοιαῦτα κατὰ Ἀλεξάνδρου τερατευσάμενος ὁ Εὐρυκλῆς, ἐπαινῶν πολλὰ τὸν Ἀντίπατρον, ὡς ἄρα μό„νος τε εἴη φιλοπάτωρ, καὶ διὰ τοῦτο μέχρι νῦν τὸν ὀπισθεν ἐμπόδιον. μήπω δὲ καλῶς ὁ βασιλεὺς ὀπὶ τοῖς πρώτοις κατεσταλμένος, εἰς ἀνήκεστον ὀργὴν ἐξαγριοῦται. καὶ πάλιν λαβὼν καιρὸν Ἀντίπα„τρος, ἑτέρους κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὑπέπεμπε κατηγό„ρους,

m Ἐργολαβήσας] Archæol. lib. 14. c. 10. §. 5. Ἐργολαβοῦσί τινες & infra lib. 2. c. 14. §. 6. Ἐργολαβεῖν quæstum in diurnis dispendiis facere, ut redemptores solent vel sequestres apud Demosthen. in Theocrit. p. 508. A. & Æschin. ad. Ctesiphont. & adv. Timarch. p. 194. SPANH.

n Ἐμποδὼν] *Rost.* Ἐμπόδιον. Utrumque recte.

o Αὐτοῦ] *Rost.* Αὐτῆς.

p Σπαθήσας.] *Rost.* Καθαφαγὼν σπαθήσας. Haud male; expressit enim talem regem, qualis ab Homero δημοβόρος dicitur Iliad. lib. 1. versu 231. HAV.

q Εἰσάγειν] *Rost.* Εἰσάγων.

r Φθόρῳ] *Spurio.* Modo νόθον dixerat, nunc φθόρον vocat, non ut meretrice natum, sed ignobilem, perditissimis moribus. Tales erant Judæi, quos Josephus alibi νόθα τῶν ἐθνῶν φθάρματα appellavit, ut *in Thesauro suo* notat Henricus Stephanus quem vide. ALDR. Φθόρος *perditis moribus.* Ita Callim. ult. versu in Apotheo. ἵν' ὁ φθόρος ἔνθα νέοιτο. SPANH.

s Δεχὴν,] Abest a *Rost.*

t Φόνου] Φθόνου *Busb.* & *Bod.*

v Μνείας γινομένης,] Ita in *MS.* μνέας (typographi forsan errore pro μνείας) γενεμνήμης *Bas.* & *Gen.* HUDS. Μνείας γινομένης *MS. Ox.* γενομένης *MS. Lipsi.* SPANH. Ut *Lipsi.* etiam habet *Rost.*

x Μόνῳ] *Rost.* Μονον.

y Δι' ὧν] Ita cum *Rufino.* δι' ὃν in *Græcis* omnibus. HUDS. Ὧν *Rufinus* Ox. SPANH.

z Ἀφορμὴν,] Ἀφορμὴν *occasionem.* Rectius *præsidium* vel *perfugium.* Ita supra *Rufinus* §. 2. *hujus capitis*, & alibi sæpe ἀφορμὴν quasi data opera *occasionem* vertit; ut utrique verbo vim eandem inesse velle videatur. ALDR. Præsidium, refugium Not. Oxon. Sic ἀφορμὴ perfugium Thucyd. lib. 1. p 59. D. quandoque Atticis pecunia, viaticum, subsidium militare; vide Harpocrat. & quod ad eum noto. SPANH.

a Τῶν αὐτῷ] Τῶν αὐτῷ ἐγκλημάτων. *Suis criminibus.* Intelligit *criminationibus*, quas volebat Alexander suo nomine in Herodem uti. Nam statuerat eum non suo tantum sed totius gentis nomine accusare (h. e. Eurycles statuisse mentitus est) unde τὰ αὐτῷ ἐγκλήματα sunt quæ ipse in se admissa quereretur. ALDR.

b Φορολογουμένους,] *Rost.* Φορολογημένους.

c Τρυφὰς] Sic *Big. Lugd. Bat. Rost.* & *Ruf.* τροφὰς in *cæteris.* HUDS. Τρυφὰς pro τροφὰς *Big. Ruf.* Ox. SPANH.

d Ἐξ ἡμῶν] Id est, *amicis tuis*; vel *nostris* (i. e. *subditorum*) *spoliis ditati.* ALDR. Ἡμῶν *Rufin.* αὐτῶν Ox. SPANH. Τὰς ἐξ ἡμῶν πλουτησάσας οἵας. *Qui è nobis* (h. e. amicis tuis) *divitias comparavere quales sint.* Vel ἐξ ἡμῶν πλουτησάσης sunt *nostris* (subditorum) *spoliis ditati.* καὶ τὰς θεραπευθείσας πόλεις ἐπί τισιν, & *quibus civitates sint permissæ*, ut eas scil. diripiant. ALDR.

e Ἐκεῖ] Ἐκεῖνον *Voss.* & *Big.*

f Τῆς βασιλείας] Τῇ βασιλείᾳ legisse videtur *Ruf.*

* Criminationibus Ox. SPANH.

† Lamentaturum & avi & matris necem, *Ruf.*

‡ Nondum præteritæ suspicionis dolore compresso, *Ruf.*

μυς, λέγειν ὅτι Ιεκεύνδῳ καὶ [g] Τυράννῳ λάθρα διαλέγοιντο, τοῖς [h] ἱππάρχαις μέν ποτε τοῦ βασιλέως γενομένοις, τότε δ' [i] ἔκ τινων [k] προσκρουσμάτων ἀπεπεπωκόσι τὴν τάξεως. ἐφ' οἷς Ηρώδης ὑφαγαναχτήσας, εὐθέως ἐβασάνισε τοὺς ἄνδρας. [l] ἀλλ' οἱ μέ, [m] οὐδὲν τῶν ἀφεληθέντων ὡμολόγουν. [n] προσεκομίσθη δέ τις πρὸς τὸν [o] Ηρώδην φρούραρχον ἐπιστολὴ παρὰ Αλεξάνδρου, παρακαλοῦντος ἵνα αὐτὸν δέξηται τῷ φρουρίῳ μετὰ Αριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ [p] κτείναντα τὸν πατέρα, καὶ [q] παράσχῃ τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι καὶ ταῖς ἄλλαις ἀφορμαῖς. ταῦτα Αλέξανδρος μὲν ἔλεγε τέχνασμα εἶναι Διοφάντου. [r] γραμματεὺς δ' ὁ [s] Διόφαντος τοῦ βασιλέως, τολμηρὸς ἀνὴρ καὶ δεινὸς μιμήσασθαι πάσης χειρὸς γράμματα. πολλὰ γὰρ παρακαράξας, τελευταῖον ἐπὶ τούτῳ [t] καὶ κλεινὴν. βασανίσας ὁ τὸν φρούραρχον Ηρώδης [v] οὐδὲν ἤκουσεν οὐδὲ παρ' ἐκείνου τῶν ἀφεβεβλημένων

δ'. Αλλὰ, καί τοι τὰς ἐλέγχους εὑρίσκων ἀσθενεῖς, τοὺς υἱοὺς ἐκέλευσε τηρεῖν, [x] ἔτι μέν τοι λελυμένους. τὸν δ' οἶκον καὶ οἰκίας καὶ δεσματουργὸν ὅλου τοῦ μύσους Εὐρυκλέα, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην καλῶν, τετρακοσίοις δωρεῖται ταλάντοις. ὁ δ', τὴν ἀκριβῆ φήμην φθάσας εἰς Καππαδοκίαν, ἐγγυρίζεται καὶ τῷ Αρχελάῳ, τολμήσας εἰπεῖν, ὅτι καὶ διαλλάξειεν Ηρώδῃ Αλεξάνδρῳ. διάρας δὲ εἰς τὴν Ελλάδα, τοῖς ἐκ κακῶν κλητεῖσιν εἰς ὅμοια καλεχρήσατο. [y] δὶς γοῦν ἐπὶ Καίσαρος κατηγορηθεὶς ἐπὶ τῷ στάσεως ἐμπλῆσαι τὴν Αχαΐαν, [z] καὶ διδύναι τὰς πόλεις, φυγαδεύεται. κἀκεῖνον μὲν οὕτως ἡ Αριστοβούλου καὶ Αλεξάνδρου ποινὴ κατέλαβεν.

ε'. Αξιον δὲ [a] ἀνθεῖναι [b] τὸν Κῶον Εὐάρατον τῷ Σπαρτιάτῃ. καὶ γὰρ ἦν οὗτος ὢν ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις Αλεξάνδρῳ, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν Εὐρυκλεῖ καιρὸν ἐπιδημήσας, συνθανομένῳ τῷ βασιλεῖ, περὶ ὧν ἐκεῖνος διέβαλλεν, ὅρκοις μηδὲν ἀκηκοέναι παρὰ τῶν μειρακίων ἐπιστώσατο· ὃ μὴν ὤνησέ γέ τι τοὺς ἀθλίους. μόνον γὰρ ἦν τῶν κακῶν ἀκροατὴς ἑτοιμότατος Ηρώδης, καὶ [c] κεχαρισμένος αὐτῷ πᾶς ὁ συμπιστεύων καὶ συναγαναχτῶν.

cerent, eos cum Jucundo & Tyranno clam sermonem habere, qui olim quidem regis equitum præfecti erant, tunc vero ob quasdam offensiones ordinibus suis exciderant. Quibus Herodes vehementer iratus, viros statim in quæstionem vocavit. Sed illi quidem nihil eorum confitebantur, quorum insimulati erant. Allata est autem certa epistola ad quendam ab Herode castello præfectum scripta ab Alexandro, obsecrante ut ipsum cum Aristobulo fratre in castellum reciperet, patre interfecto, eisque tam armis quam aliis instrumentis uti permitteret. Has literas Alexander Diophanti commentum esse dicebat. Diophantus autem regis erat notarius, homo audax, & literarum cujuscunque manûs assimulandarum peritus. Itaque cum multas simulasset, tandem, ob hoc facinus, morte plectitur. Cum autem de castelli præfecto quæstionem habuisset Herodes, ne ab illo quidem quicquam eorum rescivit, quæ eis objecta erant.

Antipater quosdam subornat, qui dicerent Jucundum & Tyrannum ab Alexandro sollicitatos esse. Ante. l. 16. c. 10. §. 3.

Diophantus manuum assimulator. Ante. l. 16. c. 10. §. 4.

4. Sed quamvis criminationes infirmas admodum esse deprehenderet, filios custodiri jussit, nondum tamen vinculis constrictos. Domus autem suæ perniciem ac totius sceleris machinatorem Euryclem, servatorem & benefactorem appellans, talentis quinquaginta donavit. Ille vero, prius quam certa nunciaret fama Cappadociam attigit; aususque dicere quod Herodem reconciliasset Alexandro, ab Archelao etiam pecunias capit. atque inde in Græciam digressus, ad similia *facinora* male quæsitis abusus est. Apud Cæsarem itaque bis accusatus, quod dissensionibus repleviſſet Achaiam & civitates spoliaret, in exsilium mittitur. atque ita quidem pœnas *sceleris* Aristobulo & Alexandro pendebat.

Alexander & Aristobulus in custodias inclusi. Ante. l. 16. c. 10. § 5.

5. Convenit autem ut Euaratum Coum * huic Spartano conferamus. Namque is cum amicissimus esset Alexandro, eodemque tempore quo Eurycles eò migrarit, percontanti regi de iis, quorum ille eos insimulabat, jurejurando fidem fecit, nihil se ab adolescentibus auditu accepisse. non tamen id miseris quicquam profuit *apud Herodem*. nam maledictorum duntaxat Herodes auditor erat attentissimus, & quotus quisque secum iisdem crederet & iisdem moveretur, apud eum *maxime* gratiosus erat.

Euarati Coi fides. Ante. l. 16. c. 10. §. 2.

ΚΕΦ. κζ'.

Ηρώδης, ἐξουσίαν ποιῶν Καίσαρος, υἱοὺς αὐτοῦ περὶ Βηρυτὸν ἠτιᾶτο. οὗτοι, μηδὲ παρηγμένοι εἰς συνέδριον, καλαχρίνονται, καὶ μετ' ὀλίγον εἰς Σεβαστὴν πεμφθέντες ἀποπνίγονται.

CAP. XXVII.

Herodes, permittente Cæsare, Beryti filios suos accusat. Illi, nec in concilium producti, damnantur; & paulo post Sebasten missi strangulantur.

Παρώξυνε δὲ [d] αὐτοῦ καὶ Σαλώμη τὸν ἐπὶ τοῖς τέκνοις ὠμότητα. ταύτῃ γὰρ συνδήσασα τοῖς

Porro & Salome crudelitatem ejus in filios *non parum* exasperabat. Nam & hanc volens

Operam dat Aristobulus ut Salomen

g Τυράννῳ] Ita & hîc loci & *Ante.* l. 16. c. 10. §. 6. Τυραννίῳ *Baſ.* & *Gen.* contra quam in melioribus *Rufini Codd.* Huds. Τυράννῳ ἀρχ. lib. 16. c. 10. §. 3. Spanh.

h Ἱππάρχαις] *Lugd. Bat.* Ὑπάρχοις.

i Ἐκ τινων] *Roſt.* Ἐκλιῶν.

k Προσκρουσμάτων] Sic *Bod.* & *Voſſ.* προσκρημάτων in *ceteris.* Huds. Προκρουσμάτων *Bod. Voſſ. Oxon.* Spanh.

l Ἀλλ' οἱ μέ,] Aliter ἀρχ. lib. 16. c. 10. §. 3. Spanh.

m Οὐδὲν τῶν ἀφεβεβλημένων ὡμολόγουν.] At confessi sunt se ab Alexandro sollicitatos ut Herodem inter venandum opprimerent, simulque indicaverunt aurum in equorum stabulo defossum, & præfectum venatorum arguebant, quod eis præbuisset lanceas regias, & arma, ipso jubente, Alexandri famulis. *Ante.* l. 16. c. 10. §. 4. Sed hæc falsa quæstionis dolor expressit. Aldr.

n Προσεκομίσθη] *Lugd. Bat.* Προεκομίσθη.

o Ηρώδου] Melius Αλεξανδρείῳ cum *Rufino* ipsoque *Josepho* in *Ante.* ibidem. Huds. Αλεξανδρείᾳ pro Ηρώδῃ ἀρχ. lib. 16. c. 10. §. 4. & benè. *Oxon.* & *Ruf.* Spanh.

p Κτείναντα] Κτείναντας *Bod.* & *Ruf.* Huds. Κτείναντας *Bod. Rufin. Oxon.* Spanh.

q Παράσχῃ] Παράσχοι *Bod.* Spanh.

r Γραμματεὺς δ' ὁ] Γραμματεὺς δὲ ὢν οὗτος *Big. Bod. Roſt. Busb.* & *Rhed.*

s Διόφαντος] *Lugd. Bat.* Διοφάλης.

t Καὶ] Delet καὶ *Roſt.*

v Οὐδὲν ἤκουσεν] Ipse enim nihil confessus est; sed ejus hasce literas protulit quasi ad parentem ab Alexandro datas. Literarum exemplar, aliaque quæ huc faciunt vide in *Ante.* l. 16. p. 738. Aldr.

x Ἔτι μέν τοι λελυμένους.] Hactenus à tanta immanitate temperavit: sed cum postea Salome quoque delatrix accederet, tum sui minime compos utrumque vinciri jussit. *Ante.* l. 16. c. 10. §. 6. Aldr. Filios tamen absolutos &c. *in al. MS. Ruf.* h.e. nondum vinctos. vid. *Oxon.* Spanh.

y Δὶς γοῦν] Τελευταῖον ἐπὶ κ. juxta *Rufinum.* δὶ ὃ γοῦν *Busb.* Huds. Deest in *Rufino.* Spanh.

z Καὶ διδύναι τὰς πόλεις,] Sic περιδύσας τὸν ναὸν Templum spolians ἀρχ. lib. 12. c. 5. §. 4. Homer. Il. λ. v. 100. περιδύσαι χαλκῶνας Schol. ἀφειλέσθαι. Spanh.

a Ἀνθεῖναι] Non male καὶ hic præfigit. *Roſt.* Quam vero *Josephus* Εὐάρατον vocat, illum *Lugd. Bat.* Εὐάρετον scribit.

b Τὸν Κῶον Εὐάρατον] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 10. §. 2. Spanh.

c Κεχαρισμένος——συναγαναχτῶν.] Conf. supr. §. 1. Spanh.

d Αὐτοῦ] Αὐτῷ *Voſſ.* & *Bod.*

* Conf. supr. §. 1. Spanh.

Herodi infensam reddat. Antt. l. 16. c. 10. §. 5.

lens Aristobulus secum periculis involvere, quam & socrum habebat & amitam, ad eam monitum mittit, ut saluti suæ consuleret. quippe regem paratum esse ipsam occidere, eorundem, quorum & antea, accusatam; quod scilicet Syllæo Arabi nubere cupiens, occulte illi, cum quo regi intercesserant inimicitiæ, secreta ejus nunciarit. *Atque* hoc tanquam extrema procella juvenes obruit *diu* tempestate vexatos. Salome enim protinus contendit ad regem, monitionem quam acceperat ei indicans. Atque ille, ut qui non amplius semet cohibere potuerit, filium utrumque constringi, & locis diversis custodiri jubet. Deinde ad Cæsarem è vestigio mittit Volumnium militiæ præfectum & amicum suum Olympum, in scriptis ferentes indicia. Isti vero, cum Romam appulsi regis literas *Cæsari* tradidissent, vehementer quidem ille juvenum vicem dolebat: verum ut patri auferretur potestas in filios haud faciendum censebat. Denique scribit ei, per se licere ut ipse suorum dominus esset, „ bene „ tamen facturum, dicens, si in communi concilio & cognatorum suorum & provinciæ præ„ sidum de insidiis quæreret; &, si convicti fue„ rint, morte plecti debere, sin fugam tantum meditati sint, leviori pœna affici.

Ex Salomes indicio Aristobulus & Alexander in vincula conjecti. Antt. l. 16. c. 10. §. 5. Volumnius & Olympus Romam missi. Antt. l. 16. c. 10. §. 7. Cæsaris ad Herodem litera. Antt. l. 16. c. 11. §. 1.

Beryti concilium habetur de Herodis filiis. Antt. l. 16. c. 11. §. 2.

2. Istis morem gerit Herodes, cumque Berytum, ubi *conventum haberi* jusserat Cæsar, pervenisset, cogit judicium. Primum autem locum tenebant præsides *provinciarum*, quibus a Cæsare scriptum fuerat, Saturninus, & Pedanius, quique cum eo legati erant, & cum his Volumnius procurator, deinde cognati amicique regis & Salome etiam & Pheroras, & post hos Syriæ omnis optimates, præter Archelaum regem. hunc enim, quod Alexandri socer esset, suspectum habebat Herodes. Cæterum filios, provido admodum consilio, in judicium non produxit. probe enim norat, si tantummodo aspicerentur, misericordiam omnino emerituros esse: si vero etiam dicendi copiam nacti essent, facile Alexandrum objecta diluturum. At illi quidem in Platane, Sidoniorum vico, custodiebantur.

Eos accusat Herodes. Antt. l. 16. c. 11. §. 2.

3. Exorsus autem rex, in eos tanquam præsentes fuissent, invehebatur. Et insidias quidem illis languide objiciebat, ac si probationibus earumque indiciis egeret, convitia etiam, & dicteria, & contumelias, & delicta innumera in se admissa, quæ & morte graviora, assessoribus palam faciebat. Deinde cum nemo contradiceret, * miserabiliter questus, ac si ipse damnatus esset, qui tam acerbam vinceret contra filios victoriam, rogabat singulos sententiam. Et primus Saturninus *suam* protulit, se quidem condemnare adolescentulos, sed non capitis. non enim ipsi fas esse, cum tres adstantes habeat fi-

Mitis sententia Saturnini filiorumque. Antt. l. 16. c. 10. §. 3.

κινδύνοις ὁ Ἀριστόβουλος θέλων; ἣν ἐχυρὰν ἡ [e] τῆ θίδα, ἀφαπέμπει, σώζειν [f] αὐτὴν παραινῶν. [g] παρεσκευάζῃ γὰρ βασιλέα κτείνειν αὐτὴν [h] ἀφαληθεῖσαν ἐφ' οἷς ἡ πρότερον, [i] Συλλαίῳ τῷ Ἄραβι γήμασαν σπεδάζουσαν, λάθρα τὰ τοῦ βασιλέως ἄπόρρητα [k] ἀφαγγέλλειν πρὸς αὐτόν, ἐχθρὸν ὄντα. [l] τοῦθ' ὥσπερ τελευταῖα θύελλα χειμαζομένους [m] τοὺς νεανίσκους ἐπεβάπτισεν. ἡ γὰρ Σαλώμη, δραμοῦσα πρὸς βασιλέα, τὴ παραίνεσιν ἐμήνυσε. καὶ εἶν, μηκέτι [n] καρτερήσας, δεσμεῖ μὲν ἀμφοτέρους τοὺς υἱεῖς, ἡ ἀφαχωρίζει ἀπ' ἀλλήλων. πέμπει δὲ πρὸς Καίσαρα ἀφ' τάχους, [o] Οὐολύμνιόν τε τὴ τραπεζάρχην, ἡ τὸν φίλον [p] Ὄλυμπον, ἐγγράφως τὰς μηνύσεις φέρονίας. οἱ δὲ, ὡς εἰς Ῥώμην πλεύσαντες, ἀπέδοσαν τὰ ἀπὸ τοῦ βασιλέως γράμματα, σφόδρα μὲ ἠχθέθη Καῖσαρ ἐπὶ τοῖς νεανίσκοις. ὁ μὲν ὤφελε δεῖν ἀφελέσθαι τὸν πατέρα τὴ τῶν υἱῶν ἐξουσίαν. ἀνιγράφει γὰρ κύριον μὲν αὐτὸν καθιστὰς, „ εὖ μέν τοι ποιήσειν, λέγων, „ εἰ μὴ [q] κοινῇ συνεδρίᾳ, τὴ τε ἰδίων συγγενῶν, ἡ „ τὴ τῆ ἐπαρχίαν [r] ἡγεμόνων, ἐξελάσειε τὴ ἐπιβου„ λήν. κἂν μὲν συέχωσι, κλείνειν, ἂν δὲ μόνον ὦσι „ δρασμὸν βεβουλευμένοι, κολάζειν μειριώτερον.

β'. Τούτοις Ἡρώδης πείθεται, ἡ παραγενόμενος εἰς Βηρυτὸν, ἔνθα προσέταξε Καῖσαρ, συνήγαγε τὸ δικαστήριον. προκαθέζονται δὲ οἱ ἡγεμόνες, γραφὲν αὐτοῖς ὑπὸ Καίσαρος, [s] Σατορνῖνός τε, ἡ [t] οἱ περὶ Πεδάνιον πρέσβεις. σὺν οἷς ἡ Οὐολύμνιος ὁ ἐπίτροπος, ἔπειτα οἱ τοῦ βασιλέως συγγενεῖς ἡ φίλοι, Σαλώμη τε ἡ Φερώρας, μεθ' οὓς οἱ πάσης Συρίας ἄριστοι, πλὴν [v] Ἀρχελάου τοῦ βασιλέως. τοῦτον γὰρ, ὄντα κηδεστὴν Ἀλεξάνδρου, δι' ὑποψίας εἶχεν Ἡρώδης. τοὺς γεμὴν υἱεῖς ὁ προήγαγεν εἰς τὴν δίκην μάλα προμηθῶς. ἤδει γὰρ ὅτι ἡ μόνον ὀφθέντες ἐλεηθήσονται πάντως. εἰ δὲ δὴ ἡ λόγου μεταλάβοιεν, ῥαδίως Ἀλέξανδρον ἀπολύσειαν τὰς αἰτίας. ἀλλ' οἱ μὲν ἐν Πταλάνῃ, κώμῃ Σιδωνίων, ἐφρουροῦντο.

γ'. Καταστὰς δὲ ὁ βασιλεὺς, [x] ὡς πρὸς παρόντας διεξεῖσε. καὶηγόρει τε τὴ μὲν ὑπόβουλον ἀδεῶς, ὡς ἂν ἀπρόμαχος εἰς αὐτὴν ἐλέγχων, λοιδορίας τε, ἡ σκώμματα, ἡ ὕβρεις, ἡ πλημμελείας μυρίας εἰς αὐτὸν, [y] ἃ ἡ θανάτου χαλεπώτερα, τοῖς συνέδροις ἀπέφαινεν. ἔπειτα μηδενὸς [z] ἀντιλέγοντος [a] ἐποικτίσαντος ὡς αὐτὸς ἁλίσκοιτο, ἡ [b] νικῶν νίκην πικρὰν τὴ τέκνων, ἐπηρώτα τὴν γνώμην ἕκαστον. [c] ἡ πρῶτος Σατορνῖνος ἀπεφήνατο, [d] καταικρίνειν μὲν τῶν νεανίσκων, ἀλλ' οὐ θάνατον. οὐ γὰρ εἶναι θεμιτὸν αὐτῷ, [e] τριῶν παρεστώτων

[e] Τηβίδα,] *Al.* τιτβίδα.

[f] Αὐτὴν] *Gen.* Αὐτὴν. *Lugd. Bat.* ἑαυτὴν.

[g] Παρεσκευάζῃ] Παρασκευάσασθαι *Voss.*

[h] Διαφληθεῖσαν] Post verbum hoc iterum αὐτὴν interserit *Rost.*

[i] Συλλαίῳ] Οτι Συλλαίῳ τοῦ Ἄραβος γήμασαν σπεδάζουσα, & mox Διαγγέλλοι *Voss. Bod.* & *Rusin.*

[k] Διαγγέλλειν] *Rost.* Διαγγέλλοι.

[l] Τοῦθ'] Ταῦτα in (*Lugd. Bat.*) *MSS.* Huds. Ταῦτα *MS. Oxon.* Spanh.

[m] Τοὺς νεανίσκους ἐπεβάπτισεν.] Τοὺς νέους ἐβάπτισεν *Bod.* & *Rost.*

[n] Καρτερήσας,] *Rost.* Καρτερήσης.

[o] Οὐολυμνιόν τε τὴ τραπεζάρχην,] Καὶα τὴν ἐπαρχίαν ἡγέμονες erant οἱ ἡγεμόνες Σατορνῖνος, Οὐολούμνιος ὁ ἐπίτροπος, sed Volumnius etiam ἡγεμὼν dicitur in Antiq. Rel. Adde *Usserii* Annales pag. 531. Edit. Anglic.

[p] Ὄλυμπον,] *Rost.* Ὀλύμπιον.

[q] Κοινῇ] *Lugd. Bat.* Τῇ κοινῇ.

[r] Ἡγεμόνων,] Ἡγεμόνων *Bod.* & *Voss.* Huds. Imo ita quoque *Oxon.* habere in ora codicis sui adscripsit *Spanhemius*, neque aliter *MS. Rost.* & *Lugd. Bat.* Imo ipse *Josephus* in *Antt.* παραλαβοῦσα τῆς τε ἡγεμονίας, ἡ τὴ βασιλέα τῶν Καππαδοκῶν Ἀρχέλαον. Unde miror in Editione sua ἡγεμόνων retinuisse *Hudsonum*, quam lectionem, ut contra *MS.* exsulare jussimus. Hav.

[s] Σατορνῖνός τε,] Saturninus & Volumnius Συρίας ἡγεμόνες tantum dicuntur ἀρχ. lib. 16. c. 10. §. 8. & c. 11. §. 3. Saturninus Præses, & tres ejus filii πρεσβεῖαι, unde illi οἱ περὶ Πεδάνιον πρεσβεῖς suspecti videntur, quamquam ita etiam in edit. *Oxon.* legitur, & proinde cum *MS.* consentit. Spanh.

[t] Οἱ περὶ Πεδάνιον πρεσβεῖς.] Hoc in loco Pedanius non est solus Legatus, sed Pedanius & qui cum eo insuper Legati erant præsidi adjuncti, tres ipsius Saturnini filii etiam Legati, ut constat ex *Antt.* l. 16. c. 11. §. 3. *Montacut.* in *Exercit.* 6. §. 2.

[v] Ἀρχελάου τοῦ βασιλέως.] Quem Augustus tamen nominatim inter judices retulerat. *Antt.* l. 16. c. 11. §. 1. Aldr.

[x] Ὡς πρὸς παρόντας διεξεῖσε.] Conf. sup. c. 18. §. 3. Spanh.

[y] Ἃ ἡ θανάτου χαλεπώτερα,] Ας ἡ θανάτου χαλεπωτέρας *Voss. Rost. Basil.* & *Rhod.* ἃ ἡ θανάτου χαλεπώτερα τοῖς συνέδροις ἀπέφαινεν *Ruf.* neglecto commate post χαλεπώτερα. nam vertit, *maledicta vero & probra & injurias & peccata plurima in se admissa prosequebatur; eaque morte graviora esse confessoribus demonstrabat.*

[z] Ἀντιλέγοντος] Abest a *Rost.*

[a] Ἐποικτίσαντος ὡς αὐτὸς ἁλίσκοιτο,] Miserabiliter questus ac si, &c. *Oxon.* Spanh.

[b] Νικῶν] Ita optime *Lugd. Bat.* cujus hic lectionem repræsentavimus, reliqui ut & Huds. Νικᾶν. Hav.

quidem ex Ægypto accerſiviſſe venenum ad patrem necandum, per amicum quendam Antiphilum, idque ab eo Antipatri avunculum accepiſſe Theudionem, ac Pheroræ tradidiſſe. huic enim mandaſſe Antipatrum ut Herodem occideret, dum ipſe Romæ eſſet procul ab omni ſuſpicione: Pheroram vero venenum uxori ſuæ dediſſe ſervandum. Hanc rex cum acciviſſet, ſtatim quod acceperat afferre jubet. illa vero, quaſi allatura *quod petebatur*, egreditur, & ſeipſam de tecto præcipitat, ut rei indicium & cruciatus à rege infligendos præveniret. Sed providentia Dei, ut apparuit, repetentis pœnas ab Antipatro, non in caput ſed in alias *corporis* partes delata, mortem effugit. Cum autem ad regem apportata recrearetur, (*nam ex alto decidens marcore correpta erat) *rex* eam interrogabat, qua de cauſa ſeipſam dejeciſſet, juratque, ſe vera, dicenti omne ſupplicium remiſſurum; ſin aliquid *de veritate* celaret, corpus ejus tormentis abſumpturum eſſe, neque ſepulturæ quidquam relicturum.

Pherora uxor ſe de tecto præcipitat. Ante. l. 17. c. 4. §. 2.

Pherora uxoris confeſſio. Ante. l. 17. c. 4. §. 2.

6. † Ad hæc mulier, cum pauliſper tacuiſſet, „ quid, inquit, abſtinerem à ſecretis prodendis, „ Pherora jam mortuo, aut ut ſervarem Antipa„ trum qui nos omnes perditum ibit? Audi rex, „ & tecum Deus teſtis mihi veritatis, qui falli non „ poteſt. Cum in lachrymas effuſus morienti aſſi„ deres Pheroræ, tunc ille mihi ad ſe vocatæ dicebat „ næ, ego, ô conjux, vehementer errabam de fra„ tris erga me animo, qui eum ita me amantem ode„ rim, & necare cogitaverim adeo ob mei necdum „ mortui vicem conturbatum. Sed ego quidem „ impietatis pretium fero: tu vero quod ei paratum „ ſervas, nobis ab Antipatro relictum, venenum, „ age affer, & me ſpectante continuo abſume, ‡ ne „ apud inferos quoque feram conſcientiam ſceleris „ vindicem. Cum juſſiſſet, attuli; & *illud* qui„ dem maxima ex parte ejus in conſpectu in ignem „ exinanivi, ipſa vero modicum in incerta *vitæ*, & „ quia te metuerem, mihimet reſervavi.

De veneno Herodi parato compertum. Ibid.

7. Iſta loquuta, pyxidem affert, & in ea pauluſum admodum veneni. Rex autem matri fratrique Antiphili quæſtionem adhibuit. Atque illi & Antiphilum ex Ægypto pyxidem attuliſſe fatebantur, & venenum à fratre, Alexandriæ medicinam exercente, accepiſſe dicebant. Regiam autem omnem circumeuntes Alexandri & Ariſtobuli manes, rerum incertarum inquiſitores facti ſunt & indices, atque eos qui à ſuſpicione longiſſime aberant ad examen vocabant. adeoque Mariamne pontificis filia deprehenſa eſt inſidiarum conſcia. id quod fratres ipſius torti declararunt. Rex autem etiam in filio vindicavit matris audaciam. quippe Herodem ex ea genitum, patriſque ſucceſſorem factum, è teſtamento expunxit.

Herodes Mariamnes filius e teſtamento Herodis patris exſtinctus.

Αἰγύπτου δηλητήριον φάρμακον ἐπ' αὐτὸν, [m] δι' ἑτέρου τινὸς τῶν ἑταίρων Ἀντιφίλου, λάβοι ὃν παρ' ἐκείνου [n] Θευδίωνα ὁ θεῖος Ἀντιπάτρου, καὶ [o] παραδοῖ Φερώρᾳ. τούτῳ γὰρ ἐντεῖλαι τὸν Ἀντίπατρον, Ἡρῴδην ἀνελεῖν, ἕως αὐτὸς ἦν ἐν Ῥώμῃ τῆς ὑπονοίας κεχωρισμένος. Φερώραν δὲ παθεῖν τῇ γυναικὶ τὸ φάρμακον. ταύτῃ ὁ βασιλεὺς μεταπεμψάμενος αὐτίκα τὸ ληφθὲν ἐκέλευσε κομίζειν. ἡ δὲ ἔξεισιν ὡς κομιοῦσα, ῥίπτει δὲ αὐτὴν ἀπὸ τέγους, τόν τε ἔλεγχον καὶ τὴν ἐκ τοῦ βασιλέως αἰκίαν φθάνουσα. προνοίᾳ δή, [p] ὡς ἔοικε, Θεοῦ, μεθιέντος Ἀντίπατρον, οὐκ ἐπὶ κεφαλὴν ἀλλ' [q] ἐπὶ θάτερα μέρη πεσοῦσα διασώζεται. κομισθεῖσαν δὲ [r] αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἀνακρίνασθαι, κεκάρωτο γὰρ ἐκ τοῦ νοσήματος, ἠρώτα δ' ἥν αἰτίαν ῥίψειεν ἑαυτήν, εἰ μὴ εἴποι τἀληθὲς ἀφήσειν πάσης τιμωρίας ἐπομνύμενος, εἰ δὲ ὑποκρύπτοιτο δαπανήσειν αὐτῆς ἐν βασάνοις τὸ σῶμα, καὶ μηδὲ τάφου [s] καταλείψειν.

Πρὸς ταῦτα ἡ γυνὴ διαλιποῦσα μικρὸν, „ καὶ „ τί γάρ, εἶπεν, ἔτι φείδομαι τῶν ἀπορρήτων, Φερώρα „ τεθνεῶτος, [t] ἢ σώζουσα τὸν ἀπολέσαντα πάντας ἡμᾶς „ Ἀντίπατρον; ἄκουε βασιλεῦ, καὶ μοὶ σὺ θεὸς, μάρ„ τυς ἐμοὶ τῆς ἀληθείας, πλανηθῆναι μὴ δυνάμενος. „ ὅτε ἀπεθνήσκομεν Φερώρᾳ παρεκαθέζου δεδακρυμένος, „ τότε με προσκαλεσάμενος ἐκεῖνος, ἦ πολύ γε, „ ἔφη, γύναι, τῆς εἰς ἐμαυτὸν διανοίας δι' ἀδελφοῦ δίκη„ μαρτον, τοιοῦτο ἔργον μισήσας, καὶ κλεῖναι βουλευ„ σάμενος τοιοῦτος ἐπ' ἐμοὶ μηδὲ τεθνεῶτί πω συγ„ χεόμενον. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀπέχω τῆς ἀσεβείας τὸ δί„ τιμον· σὺ δὲ ὃ φυλάττεις κατ' αὐτοῦ φάρμακον ὑπ' „ Ἀντιπάτρου [v] καταλειφθὲν ἡμῖν φέρε, καὶ βλέπουσ „ μοι ταχέως ἀφάνισον, ἵνα μὴ [x] καθ' ἅδου φέροιμι „ τοιοῦτον ἀλάστορα. κελεύσαντος ἐκόμισα, καὶ πλεῖστον μὲν εἰς „ τὸ πῦρ ὁρῶντος αὐτοῦ καταχέασα, βραχὺ δὲ ἐμαυτῇ „ πρὸς τὰ ἄδηλα καὶ τοῦ σοῦ φόβου ἕτηρσα.

Ζ'. Ταῦτα εἰποῦσα [y] προσκομίζει τὴν πυξίδα, βραχὺ πανάπασιν ἔχουσαν τοῦ φαρμάκου. [z] βασιλεὺς δ' ὅτι τὴν μητέρα τὴν Ἀντιφίλου καὶ τὸν ἀδελφὸν τὰς βασάνους μετέφερε. κἀκείνους τὸν Ἀντίφιλον κομίσαί τε ἀπ' Αἰγύπτου τὴν πυξίδα ὡμολόγουν, καὶ λαβεῖν παρ' ἀδελφοῦ τὸ φάρμακον ἔφασκον, ἰατρεύοντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. θεωμένοις δ' οἱ Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀριστοβούλου [a] δαίμονες ἅπαν τὸ βασίλειον, ἐρευνηταί τε καὶ μηνυταὶ τῶν ἀδήλων ἐγένοντο, τούς τε παρρησίᾳ τῆς ὑποψίας ὄντας ἔσυρον εἰς τοὺς ἐλέγχους. [b] εὑρίσκεται γοῦν καὶ [c] ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ Μαριάμμη, τῆς Ὑρκανοῦ σωφροσύνης. βασανιζόμενοι τοῦτο ἀπέδειξαν [d] καὶ αὐτῆς οἱ ἀδελφοί. βασιλεὺς δὲ τῆς μητρὸς τόλμης [e] καὶ τὸν υἱὸν ἠμύνατο. τὸν γοῦν ἐξ αὐτῆς Ἡρῴδην, [f] ὃν διάδοχον Ἀντιπάτρου, τῆς διαθήκης ἐξήλειψεν.

ΚΕΦ.

m Διά τινος τῶν ἑταίρων Ἀντιπάτρου,] Ἀντίφιλον ὄντα τοῦ Ἀντιπάτρου φίλον in *Antt.* l. 17. c. 4. §. 2. Huds. Per amicum quendam Antiphilum. Ox. Ἀντίφιλον ὄντα τοῦ Ἀντιπάτρου φίλον ἀρχ. l. 17. c. 4. §. 2. Spanh.

n Θευδίωνα ὁ θεῖος Ἀντιπάτρου,] Conf. ſup. c. 28. §. 1. Spanh.

o Παραδοῖ] *Lugd. Bat.* Παραδιδοῖ.

p Ὡς ἔοικε,] Abeſt a *Roſt.*

q Ἐπὶ θάτερα] Ἐπὶ πόδας in *Antt.* ibidem. Huds. Ἐπὶ πόδας ἀρχ. lib. 17. c. 4. §. 2. Spanh.

r Αὐτὴν] deeſt *Busb.* & commode abeſſe poteſt.

s Καταλείψειν.] Καλύψειν *Bod.* & *Roſt.* Huds. Καλύψειν *Bod.* Spanh.

t Ἡ σώζουσα] Antipatrum ſervatura Oxon. Spanh.

v Καταλειφθὲν] Ita *Aldrichius* ex *MSS.* καλαληφθὲν in *Editis.* Huds. Καταλειφθὲν *MSS.* Spanh.

x Καὶ καθ' ᾅδου] Illud καὶ è *Cod. MSS.* quod & *Ruſinus* agnoſcit. Huds. Simile illud Theocriti Idyll. 1. verſu 103. Δάφνις καὶ Αἴδα κακὸν ἔτλας ἄλγος ἱρᾶς. Hav.

y Προσκομίζει τὴν πυξίδα,] Προκομίζει *Voſſ.* & *Bod.*

z Βασιλεὺς] In *Cod. Voſſ.* ὁ βασιλεύς.

a Δαίμονες] Sic δαίμονες pro *manibus* Anth. lib. 1. c. 70. τίσσεται Πριάμου δαίμοσιν οὓς δίκας. Spanh.

b Εὑρίσκεται γοῦν] Εὑρίσκει δὲ καὶ ἡ *Bod.*

c Ἡ τοῦ ἀρχιερέως—Μαριάμμη,] De qua *Antt.* lib. 15. c. 9. §. 3. lib. 17. c. 4. §. 2. & lib. 18. c. 6. §. 1. & de Bell. c. 28. §. 2. Spanh.

d Καὶ αὐτῆς οἱ ἀδελφοί.] Illud καὶ additum è *MSS.* atque ita lectum in codice quo uſus eſt *Ruſinus.*

e Καὶ τὸν υἱὸν ἠμύνατο.] Illud καὶ ex *Lugd. Bat.* adjecimus. Hav.

* Nam caſus eum perturbaverat, *Ruf.*

† Tunc illa recepto pauliſper ſpiritu, *Ruf.*

‡ Ut vel ad inferos non feram animum paricidalem, *Ruf.*

f Οὗτος

ΚΕΦ. λα'.

Ὑπὸ Βαθύλλε ἐλέγχεσθαι Ἀντίπατρον. τοῦτο δ' ἀγνοῶν ἀπὸ τ Ρώμης ἀναστρέφει. δίκην αὐτῷ ἐπάγει Ἡρώδης.

ΕΠΙ τούτοις δ [g] Βάθυλλος εἰς τοὺς ἐλέγχους συνέδραμεν, ἡ τελευταία πίστις τ Ἀντιπάτρῳ βεβουλευμένων. ἦν μὲν γὰρ ἀπελεύθερος αὐτοῦ. κομίζων δὲ ἦκεν ἄλλο δηλητήριον, ἰοὺς ἀσπίδων, καὶ χυλοὺς [h] ἑτέρων ἑρπετῶν, ἵν' εἰ τὸ [i] πρῶτον ἀποτύχοι φάρμακον, τούτῳ Φερώρας μετὰ τ γυναικὸς ὁπλίσαιτο κατὰ βασιλέως. πάρεργον δὲ τ [k] ὅτι τ παλαιὰ τόλμης ἐκόμιζε τὰς κατὰ τῶν ἀδελφῶν [l] ἐσκευωρημένας ὑποτολὰς ὑπ' Ἀντιπάτρου. ἦσαν δὲ [m] Ἀρχέλαος καὶ Φίλιππος [n] βασιλέως παῖδες ὅτι Ρώμης παιδευόμενοι, μειρακιά τε ἤδη καὶ φρονήματος μεστοί. τούτους, ἐπαναχύσεως αὐτοῦ ταῖς ἐλπίσιν, ἐπισκευάσας σπεύδων Ἀντίπατρος, ἂς μὲν πλάσεις κατ' αὐτῶν ὑποτολὰς ἐξ ὀνόματος τῶν ὅτι Ρώμης φίλων. ὅς δὲ πείθει γράψαι ψευδεῖς χρήματα, ὡς πολλὰ μὲν βλασφημοῖεν τ πατέρα, [o] φανερῶς δὲ Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον ὀδύροιντο, πρός τε τ μελαγχολησιν ἀγανακτοῖεν. ἤδη δὲ αὐτοὺς ὁ πατὴρ μεταπέμποιτο, καὶ τοῦτο ἦν μάλιστα ταράσσον Ἀντίπατρον.

β'. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς τ ἀποδημίας, ἐν Ἰουδαίᾳ μέντοι, τοιαύτας κατ' αὐτῶν ἀπὸ Ρώμης ἠγόραζεν ὑποτολὰς, καὶ προσιὼν τέως ἀνυποπτότερος ἦν τῷ πατρὶ, [p] περὶ τῶν ἀδελφῶν δὲ ἀπελογεῖτο, τὰ μὲν ψευδῆ λέγων εἶναι τῶν γραφομένων, τὰ δὲ νεότητος ἁμαρτήματα. τηνικαῦτα γὰρ τοῖς γράφουσι καλὰ τῶν ἀδελφῶν πλεῖστα [q] δὺς χρήματα, συμφύρειν ἐπειρᾶτο τ ἔλεγχον, ἐσθῆτας πολυτελεῖς, καὶ στρωμνὰς ποικίλας, ἐκπώματά τε ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ συνωνούμενος, ἄλλά τε πολλὰ τῶν χειμηλίων, ἵνα τῷ πλήθει τ [r] εἰς ταῦτα δαπάνης τὸν εἰς [s] ἐκεῖνα μισθὸν ἐγκαλαχρύψῃ. διακόσια γὰρ ἀναλώματος ἀνήνεγκε τάλαντα, καὶ [t] τούτων μεγίστη πρόφασις ἦν ἡ πρὸς Συλλαῖον δίκη. πάντων δὲ [v] αὐτῷ τότε [x] καὶ τῶν βραχυτέρων ἐν τῷ μείζονι κακῷ διακαλυφθέντων, ὅτε αἱ μὲν βάσανοι πᾶσαι τὴν πατροκτονίαν, αἱ δὲ ὑποτολαὶ δευτέρας ἀδελφοκτονίας κεκράγεσαν, [y] ὅμως ὐδεὶς τῶν εἰς Ρώμην ἀφιγμένων ἀπήγγειλεν αὐτῷ τὰς ἐν Ἰουδαίᾳ τύχας, καί τοι, μεταξὺ τῶν ἐλέγχων καὶ τ ἐπανόδου διελθόντων ἑπτὰ μηνῶν. τοσοῦτον πρὸς αὐτὸν ἐκ πάντων [z] μῖσος ἦν. τάχα [a] δὲ καὶ τὸν ἀπαγγέλλειν προαιρουμένους οἱ [b] τῶν ἀνηρημένων δαίμονες ἀδελφῶν ἐφίμων. γράφει γὰρ ἀπὸ Ρώμης ἄφιξιν αὐτοῦ ταχεῖαν εὐαγγελιζόμενος, καὶ ὡς ὑπὸ Καίσαρος μετὰ τιμῆς ἀπολυθείη.

γ'. Βασιλεὺς δὲ εἰς χεῖρας λαβεῖν σπεύδων τ ὑπόβουλον, καὶ δεδοικὼς [c] μή ποτε προγνοὺς φυλάξηται, δι' ὑποτολῶν ἀνθυπεκρίνετο, τά τε ἄλλα φιλο-

CAP. XXXI. XX.

A Bathyllo indicatus Antipater; sed illud nescius, Româ revertitur. Herodes illi diem dicit.

POST hæc etiam Bathyllus in ista indicia concurrebat, qui postremus ea confirmabat quæ animo agitaverat Antipater. Namque is erat quidem libertus *ejus*. veniebat autem & aliud secum venenum adducens, virus aspidum, aliorumque serpentum succos, ut, si prius parum valuerit pharmacum, hoc se Pheroras cum sua conjuge in regem armaret. Verum præter hoc quicquid erat audaciæ in patrem, secum afferebat epistolas adversum fratres ab Antipatro compositas. Erant autem Archelaus & Philippus regis filii Romæ instituti, jam adolescentuli magnique animi. Istos, quod ultra spem suam sese erigerent, tollere festinans Antipater, quasdam in eos literas ipse quidem comminiscitur, amicorum nomine Romæ degentium: aliis autem pecunia corruptis scribere persuadet, quod multis patrem maledictis carperent, palamque Alexandrum & Aristobulum lamentarentur, seque *demum* revocatos esse graviter ferrent. jam enim pater eos accersiverat: id quod maxime Antipatrum perturbabat.

Bathyllus inter cruciatus de veneno Româ advecto fatetur. Antt. l. 17. c. 4. §. 3.

Deque Archelao & Philippo ab Antipatro accusatis. Antt. l. 17. c. 4. §. 3.

Capita accusationis contra Archelaum & Philippum instituta. Antt. l. 17. c. 4. §. 3.

2. Quinetiam priusquam *Romam* proficisceretur, cum in Judæa adhuc esset Antipater, ejusmodi literas Româ contra eos mittendas esse pecunia procurabat; aditoque patre, qui tunc nullam de eo suspicionem habebat, fratres etiam excusabat, nonnulla quidem ex iis quæ scripta erant falsa esse dicens, alia vero adolescentiæ peccata *esse*. Cæterum, cum eodem tempore scriptoribus epistolarum adversus fratres plurima donasset, confundere tentabat sumptuum indicia, vestes pretiosas & stragula varia, poculaque argentea & aurea coëmendo, aliaque quamplurima instrumenta, ut magnitudine pecuniarum, in ea impensarum, mercedem falsariis erogatam celaret. Denique ducenta talenta retulit expensa, atque eo præcipue nomine sumptus factos simulabat, quod causam adversus Syllæum agendam haberet. * Universis autem quæ patraverat, etiam minoribus, ex majori facinore tunc patefactis, cum omnes quidem quæstiones habitæ de parricidio, epistolæ vero de iteratis fratricidiis clamarent, nemo tamen eorum qui Romam advenerant, ei nunciavit quam calamitosæ res ejus in Judæa essent, quamvis inter indicia facta ejusque reditum septem menses effluxerint. tanto quippe omnium odio flagrabat. Fortasse autem etiam quibus in animo erat eum de istis certiorem facere, os illis obturarent fratrum interfectorum manes. scribit itaque ab *urbe* Roma, continuo se venturum esse nuncians, quodque honorifice admodum dimittendus esset à Cæsare.

In odio apud omnes, & dum peregre abesset rerum domi ignarus.

3. Rex autem, ardenter cupiens sibi in manus dari insidiatorem, veritusque ne si quid præsciisset sibimet ab ipso caveret, è contra literis simulatorem

Herodes scribit Antipatro ut reditum maturaret. Antt. l. 17. c. 5. §. 1.

f Οἷα διάδοχον—ἐξηλειψεν.] Conf. sup. c. 29. §. 2. SPANH.
g Βάθυλλος] *Lugd. Bat.* Βάβυλλος.
h Ἑτέρων ἑρπετῶν,] Ἑτέρων θηρίων καὶ ἑρπετῶν *Busb. Rost.* & *Rhed.*
i Πρῶτον] *Lugd. Bat.* Πρότερον.
k Ἐπὶ τ] *Lugd. Bat.* Καὶ τ.
l Ἐσκευωρημένας] Ἐσκαιωρημένας *Voss.* ut & paulo infra. HUDS. Ἐσκαιωρημένας *Voss. Ox.* Sic infr. c. 32. §. 7. SPANH.
m Ἀρχέλαος καὶ Φίλιππος] Archelaus ex Malthace, Philippus è Cleopatra supr. c. 28. §. 4. & ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 3. SPANH.
n Βασιλέως] Præfigit οἱ *Lugd. Bat.*
o Φανερῶς] Χαλεπῶς *Bod.* & *Rost.* HUDS. Χαλεπῶς *Bod.* SPANH.
p Περὶ τ ἀδελφῶν] Περὶ τ ἀδελφῶν τε *Busb.*
q Δὺς] Διαδὺς *MS. Lipsi.* SPANH. Idem habet *Rost.*
r Εἰς ταῦτα] *Rost.* Αὐτῶν.
s Ἐκεῖνα] *Rost.* Ἐκείνου.
t Τούτων] *Rost.* Τοῦτο.
v Αὐτῷ τότε] Αὐτῶν *Bod.*
x Καὶ τ βραχυτέρων] Illud καὶ neglexit *Ruf.*
y Ὅμως] *Rost.* Ὁμοίως δὲ.
z Μῖσος] Μίσος *Bod. Voss.* SPANH.
a Δὲ καὶ τὸν ἀπαγγέλλειν] Insertam dedimus vocalem δὲ ex *Ruf.*
b Τῶν ἀνηρημένων] Articulum τ debemus *Codicibus MSS.*
c Μή ποτε—φυλάξηται,] *Rost.* Μήπως πρ. ἀσφαλίσηται.

* Universis autem malis tunc minoribus majore contectis, *Ruf.*

rem agebat, cætera benevolentiam præ se ferens, utque reditum maturaret orans atque obsecrans. fore enim, ut, itinere accelerato, missum faciat querelas adversus matrem. nam matrem suam *è regia* ejectam esse non ignorabat Antipater. Et prius quidem Tarenti literas acceperat de morte Pheroræ, & maximum edidit luctum, id quod nonnulli quasi ob patruum factum laudabant. Verum, quantum conjicere datum est, causa conturbationis erat, quod insidiæ pro voto non cesserant, neque tam Pheroram lugebat quam *maleficiorum* ministrum.

Antipater de se sollicitus.

Præterea ob ea quæ confecerat metus eum occupabat, ne forte deprehenderetur venenum. Tunc autem in Cilicia literis à patre, *ut* jam ante diximus, acceptis, statim quidem festinabat. Ubi vero in Celenderim navi advectus erat, subiit eum quædam de matris calamitate cogitatio, anima ex seipsa *mali aliquid* præsagiente. Et amicorum quidem prudentiores *ei* consulebant, ne prius patrem conveniret, quam pro certo cognosceret, quibus ex causis matrem ejus *regia* pepulisset: quippe *ipsos* in metu esse, ne fiat accessio ad crimina matri objecta. Qui vero minus providi erant parumque cauti, & patriæ visendæ cupidi magis quam quid Antipatro in rem esset considerantes, hortabantur ut properaret, & non ex cunctatione patri quidem pravæ suspicionis causam præberet, ansam vero calumniantibus daret. Etenim nunc si quid contra eum motum fuerit, ex absentia ejus ortum cepisse; neque quenquam id ausum esse, eo præsente. Absurdum autem videri propter suspiciones incertas certis exui bonis; neque mature se patri reddere, ab eoque regnum accipere, in eo solo fluctuans. Paruit his Antipater, impellente Dei numine: cumque *inde mare* transiisset, in Sebastum Cæsareæ portum vehitur.

Non unum idemque Antipatro suadetur ab amicis. Antt. l. 17. c. 5. §. 1.

Antipater amicorum minus prudentum consilium sequitur.

4. Illic autem præter opinionem offendit maximam solitudinem, utpote quod omnes eum devitarent, nec quisquam auderet ad eum accedere. nam similiter *omnibus* erat invisus, & tunc nemo subveritus est suum prodere odium. Multos autem avertebat metus à rege incussus: quoniam omnes jam civitates impleverat fama Antipatro adversa, soluſque de se quid ageretur ignorabat Antipater. Nec enim vel clarius eo quisquam deductus est cum Romam navigaret, vel minus honorifice inde susceptus est. Cæterum ille cum jam aliquid suspicaretur de calamitate eum domi manente, adhuc tamen omnia callide dissimulabat, cumque interius fere mortuus esset præ metu, coactus est vultum præ se ferre arrogantem. nulla autem fugæ via patebat, nec potuit è malis quibus circumdatus erat evadere: & nihil quidem certi de domo etiam illic nunciabatur propter minas à rege intentatas: spei vero aliquid lætioris relictum erat, aut nihil forsan deprehensum esse, aut si quid fuerit deprehensum, forsan erit ut illud discuteret impudentia & astutia; quæ solæ *ei* in salutem cedere poterant.

De rebus suis dubitare cœpit.

Malè excipitur domum reversus. Antt. l. 17. c. 5. §. 1.

5. Itaque istis instructus munitusque in regiam intrabat absque amicis: nam illi ad primam januam contumelioſe repulsi erant. Intus autem *forte* aderat Varus Syriæ præses. Cæterum ad patrem ingredi-

φρονέμως, καὶ σπεύδειν ὡς δικαλῶν. Θήσεως γὰρ αὐτῷ καὶ τὰς πρὸς τὴν μητέρα μέμψεις [d] ἐπειχθέντως, ἐπεὶ καὶ ἠγνόει τὴν [e] ἐκβολὴν τῆς μητρὸς Αντιπατρος. πρότερον μὲν οὖν εἰλήφει τὸν περὶ τῆς Φερώρα τελευτῆς ὄπτωλὴν ἐν [f] Τάραντι, καὶ μέγιστον ἐποιήσαλο. πένθος, ὃ καὶ τινες ὡς ἐπὶ θείῳ καθύμνων. ἦν δὲ, ὡς ἔοικεν, ὄπτι ἁμαρτία τῆς ὄπτωλῆς ἡ σύγχυσις, καὶ ἐ Φερώραν κλαίοντος, ἀλλὰ τὴν ὑπηρέτλω. ἤδη δὲ καὶ φόβος ἐπῆει τις [g] αὐτὸν τῶν [h] τετελεσμένων, μή ποτε φωραθείη τὸ φάρμακον. τότε δὲ ἐν Κιλικίᾳ λαβὼν ἦν προειρήκαμεν ὡς τοῦ πατρὸς ὄπτωλὴν, ὡς χρῆμα μὲν ἔσπευδεν. ὡς δὲ εἰς Κελένδερίν καὶ ἔπλει, λαμβάνει τὶς αὐτὸν ἔννοια τῶν περὶ τὴν μητέρα κακῶν, προμαντευομένης ἤδη [i] καθ' ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς· οἱ μὲν οὖν προμηθέστεροι τῶν φίλων συνεβούλευον, μὴ πρότερον ἐμπίπλειν τῷ πατρὶ, πρὶν συθεὶς σαφῶς δι' ἃς αἰτίας ἐξέβαλεν αὐτοῦ τὴν μητέρα. δεδιέναι γὰρ μή ποθε προσθήκη γένοιτο τῶν κατ' ἐκείνης ἁμαρτημάτων. οἱ δὲ ἀσκεπτότεροι, καὶ τὴν παλρίδα σπεύδοντες ἰδεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ συμφέρον Αντιπάτρῳ σκοπεῦντες, ἐπέτεινον παρὼν, καὶ μὴ τῇ μελλήσει δοκεῖν τῷ πατρὶ ὑποψίαν φαύλω, τοῖς ἁμαρτάνουσι δ' ἀφορμήν. καὶ γὰρ νῦν εἴ τι κεκίνηται κατ' αὐτοῦ, [k] διὰ τὴν ἀπουσίαν γεγονέναι. μηδὲ γὰρ ἂν τολμῆσαι, παρόντος. ἄτοπον δὲ εἶναι δι' ἀδήλους ὑποψίας, προδήλων ἀγαθῶν περίσκεψις, καὶ μὴ θᾶττον ἀποδοῦναι ἑαυτὸν τῷ πατρὶ, νομίσασι δὲ τὴν βασιλείαν, ἐπ' αὐτῷ μόνῳ [l] σαλεύουσαν. πειθεῖ τούτοις, ὤπτε γὰρ τὸ δαιμόνιον. καὶ διαπεράσας [m] εἰς τὸν Σεβαστὸν τὸν λιμένα τῆς Καισαρείας καλάγει.

δ'. Παρυπήντησε δὲ αὐτῷ διὰ δόξαν ἐρημία πολλὴ, πάντων ἐντρεπομένων, καὶ μηδενὸς προσιέναι τολμῶντος. ἐμισεῖτο μὲν γὰρ ὑπόπτως, καὶ τότε φανῆναι τὸ μῖσος ἔσχε παῤῥησίαν. πολλοὺς δὲ ὁ ἐκ τοῦ βασιλέως φόβος ἀπέστρεφεν, ἐπειδὴ πᾶσα πόλις ἤδη τὸν κατ' Αντίπατρον φήμης πεπλήρωτο, καὶ μόνος ἠγνόει τὰ καθ' ἑαυτὸν Αντίπατρος. ὥτε γὰρ προεπέμφθη λαμπρότερόν τις ἐκείνου πλέοντος ὑπὸ Ρώμης, ὥτε ἀτιμότερον ὑπεδέχθη. ὁ δὲ ἤδη μὲν ὑπενόει τὰς οἴκοι συμφορὰς, ἔτι δὲ πανουργίᾳ ὑπεκρύπλετο. καὶ τῷ δέει τεθνηκὼς ἔνδοθεν, σοβαρὸς εἶναι τὸ πρόσωπον ἐβιάζετο. φυγὴ δ' [n] ἦν οὐκέτι, οὐδὲ ἐκ τῶν παρεχόντων ἀνάδυσις, καὶ σαφὲς μὲν οὐδὲ ἐκεῖ τι τῶν οἴκοθεν ἀπηγγέλλετο πλὴ τὴν ἐκ τοῦ βασιλέως ἀπειλήν. ὑπελείπετο δ' ἐλπὶς ἱλαροτέρα, τάχα μὲν μηδὲν [o] πεφωρᾶσθαι, τάχα δ' εἴ τι καὶ πεφώραται [p] διασκεδάσειν ἀναιδείᾳ καὶ δόλοις, ἅπερ ἦν αὐτῷ μόνα τῆς σωτηρίας ἐφόδια.

ε'. Φραξάμενος δὲ αὐτοῖς, ἦκεν εἰς τὸ βασίλειον δίχα τῶν φίλων. οὗτοι γὰρ ὑβριζόντες ὑπὸ τῶν πρώτων πυλῶνος εἴρχθησαν. ἔτυχε δὲ ἔνδον ὢν ὁ τῆς Συρίας ἡγεμὼν Οὔαρος. ὁ δὲ εἴσεισι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ, τῇ

d Επειχθέντως,] *Rost.* Επειχθέσαλος.

e Εκβολὴν] *Rost.* Εκβελὴν.

f Τάραντι,] Τάρας in Nummis quoque, nomen conditoris, uti Ninus, & urbis. REL. Vide Tabulas Numismatum, in fine hujus Tomi.

g Αὐτὸν] Αὐτῷ τῶν λεγομένων *Voss.* HUDS. Αὐτῷ *Voss.* SPANH.

h Τετελεσμένων,] Λεγομένων *Voss.* SPANH.

i Καθ' ἑαυτὴν] *Lugd. Bat.* Καθ' ἑαυτῆς.

k Παρὰ τὴν ἀπουσίαν] Καὶα τὴν ἀπ. *Bod.*

l Σαλεύουσαν.] Σαλευομένην in *plerisque MSS.* ut & *Rost.*

m Εἰς τὸν Σεβαστὸν] Ita, vel εἰς τὸν λιμένα τῆς Καισαρείας Σεβαστὸν cum Cl. *Aldrichio* legendum censeo: præsertim cum eo modo legisse videatur *Rufinus*, qui vertit, *transmissusque in Sebastum Cæsareæ portum defertur.* Vide *Antt.* lib. 17. c. 5. §. 1. & Cl. *Relandum* in *Palæstina S.* p. 672. HUDS. Conf. sup. c. 21. §. 5. SPANH. Τὸν Σεβαστὸν pro quo in margine codicis reperto, imperitus aliquis librarius τὸν Σεβαστὸν textui inseruit alieno loco. Nisi legisset *Rufinus*, omitti poterat. Nunc scribendum ἐ διαπεράσας εἰς τὸν Σεβαστὸν τὸν λιμένα, vel εἰς τὸν λιμένα τῆς Καισαρείας Σεβαστὸν: nam præpositionem εἰς in soluta oratione casui suo postponi, (scribitur enim vulgo τὸν Σεβ. εἰς τὸν λιμ.) nimis est coactum. ALDR.

n Ην οὐκέτι,] *Lugd. Bat.* Οὐκέτι ἦν.

o Πεφωρᾶσθαι,] Πεφανερῶσθαι *Busb.* & *Rost.* & mox πεφανέρωται *Voss. Busb.* & *Bod.*

p Διασκεδάσειν] Ita cum *Aldrichio* ex *Voss. Big. Rost. Ox.* & *Bod.* antea erat διασκιδάσειν, quod forsan idem potest significare ac ἀποσκιδάζειν, ut supra modo §. 2. διασκιδάσθαι idem valet ac ἀποσκιδάσθαι.

q Pa-

τῇ τόλμῃ [q] παρακροτήσας ἑαυτὸν, [r] ἤγγισεν ὡς ἀσπασόμενος. κἀκεῖνος, τὰς χεῖρας προβαλὼν καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποκλίνας, „ [s] ἔστιν, ἐξεβόησε, καὶ τοῦτο πα„ τροκτόνου, τὸ περιπλέκεσθαί μοι θέλειν, [t] ἐν τηλι„ καύταις αἰτίαις ὄντα. φθείρου, δυστεβεστάτη κεφαλή, „ μηδέ μου ψαύσῃς, πρὶν ἀποσκευάσασθαι τὰ ἐγκλή„ ματα. δίδωμι δὲ σοὶ [v] δικαστήριον καὶ δικαστὴν εὐκαί„ ρως ἥκοντα, Οὔαρον. ἴθι, καὶ σκέψαι τὴν ἀπολογίαν εἰς „ αὔριον. [x] παρέχω γάρ σοι καιρὸν [y] πανοργήματος.” πρὸς ταῦτα μηδὲν ὑπ' ἐκπλήξεως ἀποκρίνασθαι δυνηθεὶς αὐτὸς, ὑπέστρεψε. προσγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν, διηγήσαντο πάντας τοὺς ἐλέγχους, ἥτε μητὴρ καὶ ἡ γύνη· καὶ τότε μὲ ἀνανήψας, ἐνεθυμήθη τὴν ἀπολογίας ἦν.

tur *Antipater*; confirmatusque audacia, velut ejus salutandi causa, propius accedebat. Atqui ille protensis manibus & capite averso, exclamavit, „ & „ hoc parricidæ est, qui me amplexari velit, tot „ criminibus implicitus. Dispereas, nequissimum „ caput, & ne me tange, priusquam tibi objecta „ diluas. Dabo tibi forum judiciale, & judicem, „ qui opportune præsens adest, Varum. Abi, & „ de tui defensione in diem crastinum cogita. Nam „ tibi ad versutias *colligendas* tempus concedo.” Ad ista ille animo consternatus, quia nihil respondere potuit foras se recepit. Cum autem ad eum venissent mater & uxor, ei omnia exposuerunt indicia. & tunc quidem experrectus, cogitare cœpit quo pacto sese defenderet. *Tandem Antipater de sui defensione cogitat.*

ΚΕΦ. λϛ'.

Ἐπὶ Οὐάρου καθηγορεῖται Ἀντίπατρος, καὶ ἐλέγχοις φανερωτάτοις ὑπόβουλος εὑρίσκεται. τιμωρίαν ἀναβάλλεται Ἡρώδης ἕως ῥαίσῃ, καὶ ἐν τούτῳ τὴν διαθήκην μεταγράφει.

CAP. XXXII.

Apud Varum accusatus Antipater, manifestissimis indiciis convincitur. Supplicium differt Herodes donec ipse convalescat, & interea testamentum corrigit.

ΤΗ δὲ ὑστεραίᾳ, συνέδριον μὲν ὁ βασιλεὺς ἀθροίζει τῶν συγγενῶν καὶ φίλων, [z] εἰσκαλεῖ δὲ καὶ τοὺς Ἀντιπάτρου φίλους. προκαθέζεται δ' αὐτὸς ἅμα Οὐάρῳ, καὶ τοὺς μηνυτὰς ἅπαντας ἐκέλευσεν εἰσαγαγεῖν. ἐν οἷς εἰσῆχθησαν καὶ τοῦ Ἀντιπάτρου μητρὸς οἰκεταί τινες, ὑπὸ πολλῶν συνειλημμένοι, γράμματα κομίζοντες ἀπ' αὐτῆς πρὸς τὸν υἱὸν τοιάδε. „ Ἐπεὶ δὲ πέφανται „ πάντα ἐκεῖνα τῷ πατρί σου, μὴ προσγίνου πρὸς „ αὐτὸν, ἂν μή τινα πορίσῃ παρὰ Καίσαρος δύνα„ μιν.” τούτων οὖν τοῖς ἄλλοις εἰσηγμένοις, Ἀντίπατρος εἰσέρχεται, καὶ [a] πεσὼν πρηνὴς πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ πατρὸς, „ ἱκετεύω, πάτερ, ἔφη, μηδέν μου προκατεγνω„ κέναι, πρόσχειν δέ μοι τὰς ἀκοὰς ἀκεραίους εἰς τὴν „ ἀπολογίαν. ἀποδείξω γὰρ ἐμαυτὸν καθαρὸν, ἂν σὺ θέλῃς.

β'. Ὁ δ' αὐτῷ σιγᾶν ἐγκραγὼν πρὸς τὸν Οὔαρον εἶπεν. „ Ἀλλ' ὅτι μὲν καὶ σὺ, Οὔαρε, καὶ πᾶς δι„ καστὴς ὅσιος, Ἀντίπατρον [b] ἐξώλη κρινεῖ πεπεισ„ μαι. δέδοικα δὲ [c] μὴ καμοῦ μισήσῃς τὸν τύχῃ, „ καμὲ κρίνῃς πάσης ἄξιον συμφορᾶς, τοιούτους υἱοὺς „ γεγεννηκότα. χρὴ δέ με [d] διὰ τοῦτο ἐλεεῖσθαι μᾶλ„ λον, ὅτι πρὸς οὕτω μιαρὸν καὶ φιλοπρογότατον „ πατὴρ ἐγενόμην. τοὺς μὲν γὰρ πρεσβυς βασιλείας „ τε ἔτι νέους ἀξιώσας, καὶ, πρὸς τοῖς ἐν Ῥώμῃ προ„ φείοις, φίλους Καίσαρος ζηλωτούς τε ποιήσας βα„ σιλεῦσιν ἑτέροις, εὗρον ὑποβούλους, οἳ τεθνήκασι τὸ „ πλέον Ἀντιπάτρῳ. νέῳ γὰρ ὄντι καὶ διαδόχῳ, τού„ τῳ μάλιστα τὴν ἀσφάλειαν ἐποριζόμην. τὸ δὲ μια„ ρὸν τοῦτο θηρίον, τὴν ἐμὴν ὑφεμπλησθὲν [e] ἀνεξι„ κακίας, ἤνεγκε κατ' ἐμοῦ τὸν κόρον. ἔδοξα γὰρ αὐ„ τῷ πολὺν ζῆν χρόνον, καὶ τὸ ἐμὸν γῆρας ἐθαρρύνθη, „ βασιλεὺς τ' οὐκ ὑπέμενεν, εἰ μὴ διὰ πάντων „ νίας, γενέσθαι. δίκαιά τε βουλευσάμενος, ὅτι κα-

DIE autem sequente concilium cogit rex cognatorum & amicorum, insuper & Antipatri amicos advocat. Ipse autem cum Varo *concilio* præsidet, & indices cunctos adduci jussit; in quibus adducti erant etiam servi quidam matris Antipatri non multo ante comprehensi, ab ea ad filium deportantes hujuscemodi literas: „ Quandoquidem „ ista omnia patri tuo comperta sunt, cave ad „ eum venias, nisi auxilium à Cæsare impetraveris.” His simul cum aliis introductis, ingreditur Antipater: cumque pronus ante pedes patris cecidisset, „ Oro, inquit, pater, ne me ante tem„ pus condemnatum habeas, sed aures integras „ & incorruptas meæ defensioni adhibeas. nam „ memet, si tu velis, *sceleris* purum demon„ strabo. *Judicio sistitur coram Varo. Anat. l. 17. c. 5. §. 3.*

2. Herodes autem, cum alta voce Antipatro silentium imperasset, ad Varum dicebat. At enim nul„ lus dubito, quin & tu quidem, Vare, & quivis „ justus judex, Antipatrum hominem perditissi„ mum pronunciabis. Nonnihil tamen veritus sum, „ ne mea quoque tibi invisa sit fortuna, omnique „ calamitate me dignum censeas, qui ejusmodi fi„ lios genuerim. Verum ob hoc mei potius misera„ tione commoveri debes, quod liberorum adeo „ sceleſtorum pater amantissimus fuerim. Nam & „ filios priores, quos, dum adhuc essent adolescentu„ li, mei in regno successores constitueram, & „ quos, ne quid dicam de præmiis educationis Ro„ mæ persolutis, Cæsaris amicos aliisque regibus „ invidendos feceram, cum mei insidiatores inve„ nissem, è medio sustuli in Antipatri gratiam. „ Huic enim, utpote juveni & successori, securita„ tem *modis omnibus* præstari volui. At nefaria hæc „ belua, mea patientia supra modum expleta, in me „ satietatem suam profudit. nam & ipsi diu vivere „ visus sum, meamque graviter tulit senectutem, „ seque regnum adipisci nisi parricidio non passus „ est. *Ab Herode accusatur.* Ibid.

---

q Παρακροτήσας] Ita clarissime habet *Lugd. Bat.* pro παρακρατήσας, quod in reliquis omnibus est. Et videtur melior esse hæc nostra lectio, dicit enim non modo Antipatrum confirmasse animum suum, verum etiam fiduciam vultus & lætitiæ sumpsisse, quasi esset applausu dignus, re optime gesta. HAV.

r Ἤγγισεν] Ἤγγιζεν *Bod.* ἤγγιζε *Rhed.*

s Ἔστιν, ἐξεβόησε,] In *MS. Bod.* ἔστιν, ἔστιν ἐξεβόησε.

t Ἐν τηλικαύταις αἰτίαις ὄντα.] *Rost.* Ἐπὶ, &c.

v Δικαστήριον] Καὶ δικαστήριον *Busb. Lugd. Bat.* & *Rhed.* ἐ δικαστὴν, ἐ δικαστὴν εὐκ. ἥκ. *Bod.*

x Παρέχω γάρ σοι καιρὸν] Æneas ad Turnum apud Virgil. 12. Æneid. versu 891.

Verte omnes tete in facies; & contrahe quidquid,
Sive animis, sive arte vales; HAV.

y Πανουργήματος.] *Rost.* Πανουργεύματος.

z Εἰσκαλεῖ δὲ] Qui, cum Alexander causam diceret, exclusserat Archelaum. ALDR.

a Πεσὼν πρηνὴς] Πρηνὴς, ἐπὶ πρόσωπον πεσὼν Hesychius. infra lib. 6. c. 1. §. 6. πρηνὴς ἐπ' αὐτὸν, &c. καὶ ἐπεσεν. SPANH.

b Ἐξώλη] Ita *Aldrichius* cum *Big.* & *Bod.* ἐξώλην perperam in *cæteris.*

c Μὴ καμοῦ] *Rost* Κἀγὼ μὴ καμοῦ non male. HAV.

d Διὰ τοῦτο] Καὶ διὰ τοῦτο *Busb.*

e Ἀνεξικακίας,] Conf. supr. c. 25. §. 1. SPANH.

f Ἐνυμε,]

„ est. * quæ non immerito in me statuit, quod eum „ rejectaneum ex agro accersiverim, &, exclusis „ quos mihi regina pepererat filiis, regni *mei* suc- „ cessorem declaraverim. Tibi, Vare, mentis meæ „ errorem confiteor. Ego filios istos in memet irri- „ tavi, quod spes illis Antipatri gratia justas præci- „ derim. Ecquid beneficii in eos contuli, quod „ non in istum cumulatius effudi? cui vivus etiam „ potestatem meam pene concessi, plane & aperte „ in testamento regni successorem scripsi, & seor- „ sum quidem reditum quinquaginta talentorum „ ei attribui, abunde vero pecuniarum ex meis sup- „ peditavi; & nunc cum Romam navigaret, tre- „ centa talenta dedi, solumque ex omni familia mea, „ tanquam patris servatorem, Cæsari commenda- „ tum esse volui. Ecquid vero illi sceleris ejusmodi „ admiserunt, quantum Antipater? ecquidve pro- „ bationis contra eos prolatum, quale hunc insidia- „ torem esse arguit? Verum aliquid proloqui ausus „ est parricida, speratque fore ut verborum præsti- „ giis rursum occulat veritatem. Tibi, Vare, ca- „ vendum: nam ego *istam* beluam *probe* novi; & „ quam sit verisimilia dicturus jam nunc prospicio, „ fletusque *ejus* simulatos. Hic est qui me quon- „ dam monebat, ut Alexandrum, cum in vivis esset, „ caverem, neque corpus *meum* omnibus crederem. „ Hic est qui usque ad cubile meum ingredi solebat, „ & circumspicere ne quis mihi forte parasset insi- „ dias. † Hic est qui somnos meos curabat, & mihi „ securitatem præstabat, & qui mihi occisorum vi- „ cem dolenti consolationem adhiberet, & de fra- „ trum viventium benevolentia dijudicaret, mei „ propugnator, & corporis custos. Cum, Vare, „ in mentem revoco, quantus in unaquaque re sit „ veterator, & quam egregius simulator, vix me „ credo vivere, & mirari subit quo pacto summum „ adeo *insidiatorem* effugerim. Quandoquidem „ vero Deus aliquis domum meam desolare videa- „ tur, mihique dilectissimos contra me semper in- „ citare, ego quidem fatum *meum* lugebo, meam- „ que solitudinem gemitibus prosequar. Nemo „ autem qui sanguinem meum sitierit è manibus „ elabetur, etiamsi adversus omnes filios meos ex- „ stiterint probationes.

Antipatri defensio. Ant. l. 17. c. 5. §. 4.

3. Dum ista diceret, ‡ illi quidem ex animi perturbatione abruptus est sermo: Nicolaum vero, unum ex amicis, probationes persequi jussit. Interea autem Antipater, sublato capite (ad patris enim pedes prostratus jacebat) *magna voce* clamabat; „ Tu, pater, causam meam egisti. Nam quomodo „ ego parricida *qui* te confitentem habeam, quod „ semper custos tibi adfuerim. pietatem *meam* ap- „ pellas prodigiosa mea mendacia & simulationem. „ Quomodo itaque aliis in rebus tantæ calliditatis, „ adeo bardus & insipiens eram, ut, non intellige- „ rem, facile non esse homines latere tantum sceleris „ machinantem, cœlestem vero latere judicem om- „ nino non posse, qui omnia aspicit & ubique præ- „ sens adest? an fratrum exitum ignorabam, quo- „ rum pœnas Deus adeo persequutus est, quod tibi „ necem machinati fuerint? Quid autem erat quod „ me contra te incitaret? num regni cupido? sed „ regnabam. num odii suspicio? Nonne diligebar? Prætereane aliquis ex te metus? Quin te „ incolumem servans, aliis timendus eram. Num

„ ταγαγὼν αὐτὸν ἐκ τ χώρας ἀπερρίμμένον, ϗ „ παρωσάμην τὸν ἐκ βασιλίδ μοι γεγεννημέ- „ νης, ἀπέδειξα τ ἀρχῆς ἀφ᾽ὁσον. ἐξομολογοῦμαί „ σοι, Οὔαρε, τ ἐμαυτῷ φρενοβλάβειαν. ἐγὼ τοὺς „ υἱοὺς ἐκείνης κατ᾽ ἐμαυτῦ παρώξυνα, δικαίας αὐ- „ τῶν ἀπικόψας ἐλπίδας, δι᾽ Αντίπατρον. ϗ τί „ μὲν ἐκείνης ἠυεργέτησα τηλικοῦτον, ἡλίκον τοῦ- „ τον; ὥγε ζῶν μὲν ὀλίγω δεῖν παρεχώρησα τ „ ἐξουσίας, φανερῶς δὲ ταῖς ἀληθήκαις ἀνέγραψα „ τ ἀρχῆς ἀφ᾽ὁσον, ϗ πρόσοδον μὲν ἰδίᾳ πεν- „ τήκοντα ταλάντων [f] ἔνειμα, τ δὲ ἐμοῦ ἐχορή- „ γησα χρημάτων ἀνέδην, πλέοντι δὲ νῦν εἰς Ρώ- „ μὴν ἔδωκα τριακόσια τάλαντα, Καίσαρι δὲ ἐξ „ ὅλης τ γενεᾶς μόνον ὡς σωτῆρα τοῦ πατρὸς πα- „ ρεθέμην. τί δὲ ἐκεῖνοι τοιοῦτον ἠσέβησαν, οἷον Αν- „ τίπατρ; ἢ τίς ἔλεγχ ἠνέχθη κατ᾽ αὐτῶν, „ ἡλίκ [g] ἀποδείκνυσι τοῦτον ὄφιν; ἀλλὰ „ φθέγγεταί τι τετόλμηκεν ὁ πατροκτόν, καὶ „ πάλιν δόλοις τὴν ἀλήθειαν ὀπικαλύψειν ἐλπί- „ ζει. Οὔαρε, σοὶ φυλακτέον. ἐγὼ γὰ οἶδα τὸ „ θηρίον, καὶ προορῶμαι τὴν μέλλησαν ἀξιοπι- „ στίαν, καὶ τὸν ὀπίπλαστον ὀλοφυρμόν. οὗτός „ ὄστιν ὁ φθαινῶν ἐμοί ποτε φυλάττεσθαι ζῶντα „ Αλέξανδρον, καὶ μὴ πᾶσι πιστεύειν τὸ σῶμα. „ οὗτ ὁ μέχρι τῆς κοίτης εἰσάγων, καὶ μὴ μέ „ τις ἐνεδρεύοι προβλέπων. οὗτ ὁ ταμίας τῶν „ ὕπνων, καὶ χορηγὸς τῆς ἀμεριμνίας, ὁ φθαμυ- „ θέμεν τὴν ὀπὶ τοῖς ἀνηρημένοις λύπην, ϗ ἀφ- „ κρίνων τὴν τ ζώντων εὔνοιαν ἀδελφῶν, ὁ ὑπόφα- „ σπιστὴς ὁ ἐμός, ὁ σωματοφύλαξ. ὅταν ἀναμνη- „ σθῶ, Οὔαρε, τὸ πανοῦργον ἐν ἑκάστῳ ϗ τ ὑπό- „ κρισιν, ἀπιστία με τοῦ ζῆν εἰσέρχεται, καὶ θαυ- „ μάζω πῶς ὅτω βαθὺν ὀπόβυλον διέφυγον. ἀλλ᾽ „ [h] ἐπεὶ [i] δαίμων τὶς ἐξερημοῖ τ ἐμὸν οἶκον, καὶ μοι „ τοὺς φιλτάτους ἐπανίστησιν ἀεί, κλαύσομαι μὲν „ ἐγὼ τ ἄδικον εἱμαρμένην, ϗ κατ᾽ ἐμαυτὸν στενάξω τ „ ἐρημίαν. ἀφαφεύξεται δ᾽ οὐδεὶς διψήσας τεμὸν αἷμα, „ κἂν ἀφ᾽ πάντων με τ τέκνων ὁ ἔλεγχ ἔλθῃ.

γ᾽. Τοιαῦτα λέγων, αὐτὸς μὲν ὑπὸ συγχύσεως ἐνεκόπη. Νικολάῳ δὲ, ἑνὶ τ φίλων, λέγειν „ τὰς „ [k] ἀποδείξεις ἐκέλευε. μεταξὺ δὲ ὁ Αντίπατρ „ ἐπάρας τ κεφαλὴν, ἔμενε γὰρ δὴ βεβλημέν πρὸ τ ποδῶν τοῦ πατρὸς, ἐβόα. „ Σὺ, πάτερ, „ ὑπὲρ ἐμοῦ πεποίησας τὴν ἀπολογίαν. πῶς γὰρ „ ἐγὼ πατροκτόν, ὃν ὁμολογεῖς αὐτὸς φύλακα „ ἀφ᾽ παντὸς ἐσχηκέναι. τεραλείαν δέ με καὶ „ ὑπόκρισιν λέγεις, τὴν εὐσέβειαν πῶς ἂν ὁ παν- „ οῦργ οὕτως ἐν τοῖς ἄλλοις ἄφρων ἐγενόμην, „ ὡς μὴ νοεῖν, ὅτι λαθεῖν [l] οὐδὲ ἀνθρώπους ῥᾴδιον „ τηλικοῦτον [m] μῦν συσκευαζόμενον, τὸν δὲ ἀπ᾽ „ οὐρανοῦ δικαστὴν ἀμήχανον, ὃς ἐφορᾷ πάντα, ϗ „ παντα χοῦ πάρεστιν; ἢ τὸ τ ἀδελφῶν τέλ νη- „ νόην, ὡς ὁ Θεὸς οὕτω μετῆλθε δ εἰς σὲ κακοβου- „ λίας; τί δὲ μὲ ϗ παρώξυνε κατὰ σοῦ; βασι- „ λείας ἐλπίς; ἀλλ᾽ ἐβασίλευον. ὑπόνοια μί- „ σους; [n] οὐ γὰρ ἐσεργόμην; φόβ σοῦ τὶς „ ἄλλ; ἀλλὰ μὴν σὲ τηρῶν, ἑτέροις φοβερὸς „ ἦμην.

f Ενειμα,] *Rost.* Ενειμον.
g Αποδείκνυσι] *Rost.* Επιδείκνυσι.
h Επει] Ita in *MSS.* ἐπειδὴ δαίμων τις ἐξηρημοῖ *Bas.* & *Gen.*
i Δαίμων——οἶκον,] Domum meam desolat, instigatque dilectissimos, quos contra me semper incitat. *Oxon.* SPANH.
k Αποδείξεις] Iterum cum *MSS.* ἐπιδείξεις *Bas.* & *Gen.* HUDS. Ἀποδείξεις *Big. Bod.* Ox. SPANH.
l Ουδὲ] Forte οὐδ᾽ ἄν. ALDR. οὐδ᾽ *Voss.* & *Big.* ὅτε *Alii.* HUDS. Οὐδὲ *Basil.* οὐδ᾽ *Big.* fortè οὐδ᾽ ἂν *Ox.* SPANH.
m Μῦσ] Ita *Big.* μῆσ in *cæteris.* HUDS. Μῦσ *Big.* SPANH.
n Οὐ γὰ ἐσεργόμην;] Ἀλλ᾽ ἐσεργόμην *Busb.* & *Ruf.* Μὴ γὰ οὐκ ἐσεργόμην; *Rost.*
* Quæ profecto non iniqua ratione cogitavit, *Ruf.*
† Hic est somni dispensator & minister securitatis. *Hegesipp.*
‡ Indignatione pariter & dolore intercepta est vox loquentis. *Hegesipp.*

* Εξον]

„ ἡμῖν. ἔνδεια χρημάτων; ϗ τίνι μᾶλλον ° ἐξῆν
„ ἀναλίσκειν; εἰ δ' ἐξωλέστατος πάντων ἀνθρώπων
„ ἐγενόμην, ϗ θηρίῳ ψυχὴν εἶχον ἀνημέρῳ, πά-
„ τερ, οὐκ ἂν ταῖς σαῖς εὐεργεσίαις ἐνικήθην, ὃν
„ καλήγαγες μέ, ὡς ἔφης αὐτὸς, προέκρινας δὲ
„ P τοσούτων τέκνων, ἀπέδειξας ϗ ζῶν βασιλέα,
„ δι' ὑπερβολὴν ϗ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἐποίησας
„ ἐπίφθονον; ὦ τάλας ἐγὼ τ̃ σικρᾶς ἀποδημίας·
„ ὡς πολὺν ἔδωκα καιρὸν τῷ φθόνῳ, ϗ μακρὰν
„ τοῖς ἐπιβουλεύουσι q διατρίαν. σοὶ γ̀, πάτερ, ϗ τοῖς
„ σοῖς ἀγῶσιν ἀπεδήμουν, ἵνα μὴ Συλλαῖος γ σὲ
„ γήρως καταφρονήσῃ. Ῥώμη μοι μάρτυς τ̃ εὐσεβείας,
„ ϗ ὁ τ̃ οἰκουμένης προστάτης Καῖσαρ, ὁ φιλοπά-
„ τορά με πολλάκις εἰπών. λάβε, πάτερ, τὰ πρ̀
„ αὐτῶ γράμματα. ταῦτα τῶν ἐνθάδε διαβολῶν
„ πιστότερα. r ταῦτα ἀπολογία μοι μόνη. τούτοις
„ τ̃ εἰς σὲ φιλοστοργίας τεκμηρίοις χρῶμαι. μέμνησο
„ γ̀ ὡς οὐχ ἑκὼν ἔπλεον, ἐπισάμενος τ̀ ἐμφω-
„ λεύσειν s τ̃ βασιλείας t καθ' ἐμῶ δυσμένειαν. σὺ
„ γ̀ με, πάτερ, ἄκων ἀπώλεσας, ἀναγκάσας καιρὸν διαβολῆς δοῦναι τῷ φθόνῳ. v πάρειμι γ̀, ἐπὶ
„ τοὺς ἐλέγχους πάρειμι, διὰ γῆς ϗ θαλάσσης
„ οὐδὲν ὑδαμῆ παθὼν ὁ παλροκλόνος. x ἀλλὰ μήπω
„ τούτῳ ὠφέλημαι τῷ τεκμηρίῳ. καλέγνωσμαι γὰρ ϗ
„ y πρὸς Θεῷ z ϗ πρὸς σοὶ, πάτερ. καλεγνωσμέ-
„ νος γ̀ δέομαι, μὴ a ταῖς ἄλλων βασάνοις πι-
„ στεύειν, ἀλλὰ καθ' ἐμῶ φερέσθω τὸ πῦρ, ὀδευέτω
„ διὰ τ̃ ἐμ̃ σπλάγχνων τὰ ὄργανα μὴ φείσεσθε
„ ὀλοφυρμῶ γ μιαρῶ σώματος. εἰ γάρ εἰμι παλρο-
„ κτόνος, οὐκ ὀφείλω ζῆσειν b ἀβασανίστως. " τοιαῦτα c μ̃ ὀλολυγμῶ ϗ δακρύων ἐκβοῶν, τούς τε
ἄλλους ἅπαντας ϗ τ̀ Οὔαρον εἰς οἶκτον προὐκαλέσατο. μόνον γ̀ ὁ θυμὸς Ἡρῴδην ἄδακρυν διεκράτει, τοὺς ἐλέγχους ἀληθεῖς ἐπισάμενον.

δ'. d Ἐν τούτῳ γ βασιλέως κελεύσαντος, Νικόλαος, πολλὰ πρὸς τὸ παυσῦργον τὸ Ἀντιπάτρῳ προσπεσών, ϗ τ̀ ἐπ' αὐτῶ διαχέας ἔλεον, ἔπειτα μικρὰν καταγορίαν e καταλειπόμενος, πάντα μ̃ τὰ κατ̀ τ̃ βασιλείαν κακουργήματα f περιλιθεὶς αὐτῶ, μάλιστα γ̀ τ̀ ἀναίρεσιν τ̃ ἀδελφῶν, ἀποδεικνὺς ταῖς g ἐκείνου διαβολαῖς ἀπολωλότας. ἐπιβουλεύειν γ̀ αὐτὸν ἔλεγε ϗ τοῖς θείοις, ὡς ἐφέδροις τ̃ διαδοχῆς. τ̀ γ' h παρασκευάσαντα πατρὶ φάρμακον, ὅτε ἐν ἀδελφῶν ἀπαχθὲν s i προελθὼν γ̀ ἐπὶ τ̀ ἔλεγχον τ̃ φαρμακείας, τάς τε μηνύσεις ἐξῆς ἀπεδείκνυε, ϗ θεὶ Φερώρα καλεχέλιαζεν, ὅτι καὶκεῖνον Ἀντίπατρος ποιήσειεν ἀδελφοκτόνον, ϗ τὺς φιλτάτους τῷ βασιλεῖ διαφθείρας, ὅλον γ k μύσους ἀναπλήσειε τ̀ οἶκον. ἄλλα τε πολλὰ πρὸς τούτοις εἰπὼν ϗ ἀποδείξας, καταπαύει τ̀ λόγον.

ε'. l Οὔαρος γ̀ κελεύσας ἀπολογεῖσθαι τ̀ Ἀντίπα-

„ pecuniæ inopia? Et cui adeo licebat quantum
„ vellet expendere? Sin vero omnium hominum
„ perditissimus evaserim, & immanis beluæ ani-
„ mam nactus fuerim, pater, annon tuis vincen-
„ dus essem beneficiis, quem, ut ipse dixisti, *in*
„ *regiam* reduxeris, & tot filiis prætuleris, & vi-
„ vus regem declaraveris, aliorumque bonorum
„ ingenti magnitudine invidendum reddideris? O
„ me miserum, ex acerba peregrinatione mea!
„ quam multum temporis livori, & quam longum
„ insidiantibus spatium dederim. Verum tui gra-
„ tia, pater, & ad tuas causas agendas peregre pro-
„ ficiscebar, ne Syllæus tuam contemptui haberet
„ senectutem. Roma mihi testis est pietatis, &
„ qui orbi terrarum præest Cæsar, qui me patris
„ amatorem sæpiuscule vocabat. Accipe, pater,
„ has ab eo literas. Istæ plus fidei merentur quam
„ *fictæ* criminationes. istæ sola mei defensio. istis
„ mei erga te affectûs argumentis utor. Memento
„ quod invitus hinc navigaverim, ut qui probe
„ norim latentes in regno contra me inimicitias.
„ Tu me, pater, præter voluntatem tuam perdi-
„ disti, qui me accusandi tempus invidiæ dare
„ compulisti. Verum præsens adsum, adsum ad-
„ versus indicia, terra marique nihil omnino ut
„ parricida perpessus; quanquam nihil mihi profu-
„ turum sit hoc argumentum. nam & apud Deum
„ & apud te, pater, sum condemnatus: condem-
„ natus autem precor, ne aliorum tormentis fi-
„ dem habeas, sed in me feratur ignis, per viscera
„ mea pergant quæstionum fiduciæ. Ne mihi
„ parcite lamentationis ergo à sceleste corpore
„ profectæ. nam si parricida sum, mori non de-
„ beo cruciatuum expers". Talia cum ejulatu &
lachrymis vociferans, & alios omnes & Varum ad misericordiam alliciebat. Solum autem Herodem à lachrymis continebat iracundia, utpote quod probationes veras esse cognoverit.

4. Tum Nicolaus jussu regis multa de Antipatri calliditate præfatus, discussaque illius misericordia, mox atrocissimam accusationem instituit, cuncta quidem in regnum admissa maleficia ei adscribens, maxime vero fratrum interitum, quos ipsius calumniis periisse demonstrabat. Quin & superstitibus eum insidiari dicebat, ut qui id agerent ut successionem interciperent. Quomodo enim à fratribus abstinere potuit, qui patri venenum paraverat? Cum autem ad veneni probationem venisset, & ordine proferebat indicia; & de Pherora valde indignabatur, quod & ipsum Antipater fratricidam fecisset, iisque qui regi amicissimi erant corruptis, regiam omnem scelere compleviſſet. Atque ita, aliis insuper multis dictis & probatis, finem dicendi facit. *Nicolaus Antipatri crimina exaggerat. Antiq. l. 17. c. 5. §. 5. & 6.*

5. Varus autem cum respondere jussisset Antipatrum, *Varus Antipatro dicendi pro se*

o Ἐξῆν.] *Rost.* Ἐξὸν.

p Τοσούτων] Σὺ τ̃ *Big.* SPANH.

q Διατρίαν.] Διατρίβειν ἐχάτας ἀδόκιμον, ἀντ' αὐτῶ δὲ προθεσμίαν frequent. Phrynichus. Sic διατρίαν βυλῆς infr. lib. 5. c. 9. §. 1. SPANH.

r Ταῦτα ἀπολογία μοι μόνη.] Ita, ταῦτα ἀπολογίαι μοι μόνη, cum *Aldrichio* inserta dedimus ex *MS. Gr.* & *Lat.* HUDS. Ταῦτα ἀπολογία μοι μονη *MS.* & *Rufin. Oxon.* SPANH. Addit item *Rost.* Ταῦτα ἀπολογία μοι μόνα. Ita scribens. HAV.

s Τῆς βασιλείας] *Lugd. Bat.* Τοῖς βασιλείοις. Non incongrue. HAV.

t Κατ' ἐμοῦ] Absunt a *Rost.*

v Πάρειμι—πάρειμι,] Ita in omnibus fere (certe etiam in *Lugd. Bat.* & *Rost.*) *MSS.* πάρειμι διὰ γῆς ϗ θαλ. in *Edit. Basil.* & *Gen.* omissis reliquis.

x Ἀλλὰ—τεκμηρίῳ.] Quamquam nihil mihi profuturum sit hoc argumentum *Oxon.* SPANH.

y Παρὰ Θεῷ] Παρὰ θεῷ ϗ παρὰ ἀνθρώποις ϗ π. in *Bod.* & *Gall.* HUDS. Imo etiam in *Rost.* & si velit quis recipi, non abnuo. HAV.

z Καὶ παρὰ σοὶ,] Καὶ παρὰ ἀνθρώποις add. *Bod. Oxon.* SPANH.

a Ταῖς ἄλλων βασάνοις] Ταῖς τ̃ ἄλλων *Busb.* & *Rhed.*

b Ἀβασανίστως.] *Lugd. Bat.* Ἀβασάνιστος.

c Μέλα ὀλολυγμῶ] Μέλα ὀλοφυρμῶ in quibusdam *libris.* HUDS. Sed in *Lugd. Bat.* atque *Rost.* lectio *Hudsoniana* quoque exstat. HAV.

d Ἐν τούτῳ,] *Rost.* Ἐν τούτοις.

e Καταλειπόμενος,] Καταλειπόμενος in *plerisque* (etiam *Lugd. Bat.*) *MS.* HUDS. Καταλειπόμενος *MS. Ox.* καταλειπόμενος *fidibus contentis torqueri*, de quæstionibus servorum apud Demosthenem adv. Olympiad. p. 592. C. καταλειπόμενος ὑπὸ τ̃ βασάνου apud *Euripid. Hecub.* v. 131. λόγων καταλειπομένων *sermonum controversorum.* Galenus καταλείπεσθαι pro *distrahi labore* usurpat. SPANH.

f Περιλιθεὶς] Ita *Bod.* & *Ruf.* περιθεὶς in *Editis Aliisque.* HUDS. Περιλιθεὶς *MS. Lips.* SPANH.

g Ἐκείνου διαβολαῖς ἀπολωλότας.] *Rost.* Ἐκείνων δ. ἀπολωλότας.

h Παρασκευάσαντα] Παρασκευασσοῦσα *Bod.* SPANH.

i Προελθὼν δὲ] Ita *Aldrichius* cum *Big.* & *Bod.* προσελθὼν in *cæteris.*

k μύσους ἀναπλήσειε] Ita ex *MSS.* (etiam *Lugd. Bat.*) μίσους in *Editis.*

l Οὔαρος δὲ κελεύσας] Οὐάρου γ̀ κελεύσαντος *Bod.* & *Rost.*

patrum, & ille nihil amplius loquutus, quam Deus teſtis eſt innocentiæ meæ, tacitus jaceret, petiit ut venenum afferretur, & vincto cuidam capitis damnato ebibendum dedit. Cumque ille ſtatim moreretur, Varus quidem, nonnulla in occulto cum Herode colloquutus, quæ geſta erant in concilio ad Cæſarem ſcripſit, poſteroque die inde diſcedit: rex autem in vincula conjicit Antipatrum; certoſque ad Cæſarem miſit, qui ſuam illi calamitatem nunciarent.

Teſtatem facit. *Antt.* l. 17. c. 5. §. 6.

Antipater in vincula conjectus. *Antt.* l. 17. c. 5. §. 7.

6. Poſt hæc autem Salomen inſidiis appetiiſſe arguebatur Antipater. Quidam enim è domeſticis Antiphili venerat, literas ferens ab ancillula Juliæ, cui nomen erat Acme. Atque ab ipſa quidem ſcriptum erat regi, * inter literas Juliæ quaſdam à Salome datas ſe reperiſſe, eique clam benevolentiæ ergo *eas* miſiſſe. In Salomes autem literis contumeliæ erant in regem acerbiſſimæ, & accuſatio graviſſima. Iſtæ vero ab Antipatro fictæ erant, cumque is Acmen *pecunia* corrupiſſet, ei perſuaſit ut literas ad Herodem mitteret. Res autem comperta eſt ex ejus ad illum literis. nam muliercula ei ſcripſerat, „ Sicut voluiſti, patri „ tuo ſcripſi, literaſque iſtas *ad eum* miſi, per„ ſuaſum habens, regem ſorori ſuæ nequaquam „ parſurum, cum eas legerit. Bene autem facies, „ ſi, rebus omnibus perfectis, promiſſorum tuo„ rum memor fueris.

Ejus in Salomen inſidia detecta ex literis Acmes. *Antt.* l. 17. c. 5. §. 7.

7. Hiſce literis, & quæ in Salomen compoſitæ erant, deprehenſis, regem ſubiit cogitatio, forſan & illas contra Alexandrum fictas fuiſſe: & vehementer perturbatus erat ex animi motu, quod parum abfuerit quin ſororem propter Antipatrum occidiſſet. Itaque non amplius cunctatus eſt omnia ejus crimina in eum perſequi: ſed, dum in Antipatrum incitatur, morbo difficili corripitur. Veruntamen de Acme & accuſatione in Salomen *improbe* conficta literas ad Cæſarem dedit: cumque teſtamentum afferri juſſiſſet, *illud* mutabat, regemque declarabat Antipam, præteritis Archelao & Philippo natu grandioribus. nam & illos calumniatus fuerat Antipater. Cæſari autem, præter vaſa aliaque ei donata, mille talenta reliquit, itemque uxori ejus & liberis & amicis & libertis circiter quingenta: cæteriſque omnibus agrorum & pecuniarum non parum diſtribuit; ac ſororem Salomen donis luculentiſſimis honoravit. Et in teſtamento quidem iſta correxit.

Inde Herodes Antipatrum de nece filiorum ſuſpicatur.

Literas de eo Romam mittit. Antt. l. 17. c. 5. §. 8.

Teſtamentum de novo condit. l. 17. c. 6. §. 1.

τρον, ὡς οὐδὲν πλέον [m] ἐκεῖνος εἰπὼν, ἢ Θεός ἐστι μοι ὅτι μηδὲν ἀδικεῖν μάρτυς, ἔκειτο [n] σιγῶν, αἰτήσας τὸ φάρμακον, δίδωσι τινὶ τῶν ἐπὶ θανάτῳ [p] καλακρίτων δεσμώτῃ πιεῖν· ὃς δὲ παραχρῆμα τελευτήσαντος, ὁ μὲν Οὖαρος, ἀπρράκτους ποιήσας τὰς πρὸς Ηρώδην ὁμιλίας, καὶ τὰ περὶ τὸ συνέδριον Καίσαρι γράψας, μετὰ μίαν ἡμέραν χωρίζει. [q] δεσμεῖ δ' ὁ βασιλεὺς Ἀντίπατρον, καὶ πρὸς Καίσαρα τοὺς δηλώσοντας τὰ συμφορὰν ἐξέπεμψεν.

ζ'. Μετὰ δὲ ταῦτα, καὶ τὴν Σαλώμης [r] ἐπίβουλον Ἀντίπατρον εὑρίσκει. Τῇ γὰρ Ἀντιφίλου τοῦ [s] οἰκετῶν ἦκεν, ὑπηρετὰς κομίζων ἀπὸ Ρώμης παρὰ Ἰουλίας θεραπαινίδιον, [t] Ακμῆς τὄνομα. καὶ παρὰ μὲν ταύτης ἐπέστελλε βασιλεῖ, τὰς παρὰ Σαλώμης ὑπηρετὰς ἐν τοῖς Ἰουλίας εὑρηκέναι γράμμασι. πεπομφέναι τε αὐτῷ λάθρα δι' εὔνοιαν. αἱ δὲ τοῦ Σαλώμης λοιδορίας τε τοῦ βασιλέως περιεῖχον πικροτάτας, καὶ καλήγοριαν μεγίστην. ταύτας δὲ πλάσας [v] ὁ Ἀντίπατρος, καὶ τὴν Ακμὴν διαφθείρας, ἔπεισεν Ηρώδῃ πέμψαι. διηλέγχθη δὲ ἐκ τῶν πρὸς αὐτὸν ὑπηρετῶν. καὶ γὰρ [x] ἐκείνῳ τὸ γύναιον ἔγραψεν· „ ὡς [y] ἠβουλήθης, ἔγραψά σοι τῷ „ πατρὶ, καὶ τὰς ὑπηρετὰς ἐκείνας ἔπεμψα, πεπεισ„ μένη τὸν βασιλέα μὴ [z] Φάσαηλον τὸν ἀδελφῆς, ὅταν „ ἀναγνῷ. καλῶς δὲ ποιήσεις, ἐπειδὰν ἀπαρτισθῇ πάν„ τα, μνημονεύσας ὧν ὑπέσχου.

ζ. Ταύτης φωραθείσης τῆς ὑπηρετῆς, καὶ τὴν [a] Σαλώμην ἐνσκευασθεισῶν, ἔννοια [b] μὴ ἐμπίπτῃ τῷ βασιλεῖ, τάχα καὶ κατὰ Αλεξάνδρου πλασθῆναι γράμματα. περιαλγὴς δὲ ἦν ὑπὸ τοῦ πάθους, ὡς παρ' ὀλίγον καὶ τὸν ἀδελφὸν [c] ἀποκλείναι δι' Ἀντίπατρον. Οθεν οὐκέτι οὖν ἀνεβάλλετο λαβεῖν τιμωρίαν ὑπὲρ ἀπάντων. ὡρμημένῳ δὲ ἐπὶ τὸν Ἀντίπατρον, ἐπεσχέθη νόσῳ χαλεπῇ. περὶ μέντοι τὴν Ακμῆς καὶ τὴν Σαλώμης [d] ἐσκευωρημένων, ἐπέστειλε Καίσαρι· τήν τε διαθήκην [e] αἰτήσας, μετέγραφε, καὶ βασιλέα μὲν ἀπεδείκνυεν [f] Αντίπαν, ἀμελῶν τῶν πρεσβυτάτων, Αρχελάου καὶ Φιλίππου. διεβεβλήκει γὰρ καὶ τούτους Ἀντίπατρος. Καίσαρι δὲ, σὺν τοῖς [g] δέκα χρημάτων δώροις, [h] κατέλιπε χίλια τάλαντα, τῇ τε γυναικὶ καὶ τέκνοις αὐτοῦ καὶ φίλοις καὶ ἀπελευθέροις περὶ πεντακόσια· ἀπένειμε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τῆς τε χώρας οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν χρημάτων, λαμπροῖς τε δωρεαῖς ἐτίμα Σαλώμην τὴν ἀδελφήν. ἐν μὲν οὖν ταῖς διαθήκαις, ταῦτα διωρθώσατο.

ΚΕΦ.

[m] Ἐκεῖνος] Vocem ἐκεῖνος debemus *Codici Bod.* eandemque legiſſe videtur *Ruf.* Huds. Cum *Cod. Bod.* Sicuti paſſim facit *Roſt.* Sed in *Lugd. Bat.* etiam haud male exſtat, καὶ ὃς οὐδὲν πλέον εἰπὼν, &c. quod ego quidem præferrem. Hav.

[n] Σιγῶν,] Poſt σιγῶν in *impreſſis* erat & quibuſdam *MSS.* ὁ ὃ Ηρώδης. contra *Big. Voſſ. Ruf.* & de Bello l. 1. c. 3. §. 5. Aldr.

[o] Αἰτήσας] *Gen.* inſerit ὁ ὃ Ηρώδης quæ deſunt in *Big. Bod. Ruf.* & ἀρχ. lib. 17. c. 5. § 7. Spanh.

[p] Καλακριθέντων δισμώτῃ] *Roſt.* Καλακριθέντων. omiſſa voce poſteriore.

[q] Δεσμεῖ] *Lugd. Bat.* Δεσμοῖ.

[r] Επιβουλος Ἀντιπάτρος εὑρίσκει.] *Lugd. Bat.* Επιβουλὰς A. ε. πεποιημένας.

[s] Οἰκετῶν] *Roſt.* Οἰκέτης.

[t] Ακμῆς] *Lugd. Bat.* Ακμης, & mox Ακμην & ita paſſim.

[v] Ο Ἀντίπατρος,] Illud ὁ adjectum eſſe volui è *Cod. Busb.*

[x] Ἐκείνῳ] Ἐκεῖνο *Busb.*

[y] Ἠβουλήθης,] Ita cum *Busb. Rhed.* & *Ruf.* ἠβουλήθεις *Voſſ.* & *Big.* forſan pro ἠβούλήθη. in *Editis* βουλήθεις. Huds. Ἠβουλήθεις *Big.* pro ἠβούλήθη Ox. Spanh. In *Lugd. Bat.* quoque ita exſtat, nec rejiciendum videtur. Hav.

[z] Φάσαηλον] Corrigit in ora codicis mei *Φάσηλον Coccejus*, quod mallem. Hav.

[a] Σαλώμην] *Lugd. Bat.* Σαλώμης.

[b] Μὴ ἐμπίπτει] Illud μὲ additum è *Cod. Busb.*

[c] Αποκλείναι] *Roſt.* Αποκλεῖσαι.

[d] Εσκεύωρημένων,] Conf. ſupr. c. 3. §. 1. Spanh. *Lugd. Bat.* Εσκαταρημένων. Male.

[e] Αἰτήσας,] Ζητήσας *Busb.*

[f] Ἀντίπαν,] Αρχ. lib. 17. c. 6. §. 1. Phaſaëlo vid. ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 3. & pro Antipa tamen infr. lib. 17. c. 8. §. 1. Archelaus Rex declaratur à Patre. vid. & ἀρχ. lib. 17. c. 9. §. 4. & 5. ubi Αρχέλαος πρεσβύτερος dicitur. Pro *Antipa* hic *Phaſaëlus* dicendus filius natu minimus Herodis liberorum ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 3. & c. 6. §. 1. Spanh.

[g] Δέκα χρημάτων] Διὰ non agnoſcit *Busb.* Huds. Edidit poſt *Gen.* & alios *Hudſonus* Δεκὰ χρημάτων. At in *Roſt.* melius, ut puto, exſtat δέκα, quod dicit in reliquis donis Cæſari deſtinatis, præter pretioſiorem ſupellectilem, fuiſſe &c. Hav.

[h] Καλέλιπε] Καλέλιπε inſertum dedi è *Cod. Busb.* & *Rhed.*

* Epiſtolas I. L. Jul. repertas *Rufin. MSS. Oxon.* Spanh.

† Hujuſmodi interpretationem locus poſtulat. nam in *Antt.* l. 17. c. 8. dicitur quod Cæſari dederit ἀργυρίου ἑπτακισμυριάδας χιλίας, χωρὶς δὲ σκεύη τὰ μὲν χρυσᾶ τὰ δ' ἀργυρᾶ, καὶ ἐσθῆτα παμπολυτελῆ. In *Rufini* verſione, *poſt alia pecuniaria munera mille talenta*, &c.

i Pro-

ΚΕΦ. λγ'.

Αεὶς χρυσῆς ἐκκόπλεϑ. Ηρώδη τελυτήξεαϑ μέλλονϑ ὠμότης. ἑαυτὸν ἀναιρεῖν πειρᾶϑ. Αντίπατρον κτείνεαϑ κελεύσ. ὀπτιὼς πέντε ἡμέρας τελευτᾷ.

[1] Προὴλ δ' αὐτῷ πρὸς τὸ χαλεπώτερον ἡ νόσοϑ, ἅτε δὴ τ ἁμαρτημάτων ἐν γήρᾳ καὶ ἀθυμίᾳ ὀπιπτεύοντων. ἦν μὲν γὰρ ἤδη ὀκτὼ καὶ [k] ἑπτὰ ἑβδομήκοντα, τεταπεινωτο δὲ τὴν ψυχὴν ταῖς περὶ τῶν τέκνων συμφοραῖς, ὡς μηδὲ ἐν ὑγείᾳ τί τῶν ἡδέων προσιεσθαι. τ νόσου δ' ἦν ὀπίταξις ζῶν Αντίπατρον, ὃν οὐκ [l] ἐν παρέργῳ, [m] ῥαΐσας δ' προῆκτο ἀνελεῖν.

β'. Γίνεται δ' ἐν ταῖς συμφοραῖς [n] αὐτῷ καὶ δημοτική τις ἐπανάστασις· δύο ἦσαν [o] σοφισταὶ κατ' τ πόλιν, μάλιστα δοκοῦντες ἀκριβῶς τὰ πάτρια, καὶ πᾶσι τοῦτο ἐν ἅπασι τῷ ἔθνει μεγίστης ἠξιωμένοι δόξης, Ιούδας, τε υἱὸς [p] Σεπφωραίου καὶ Μαθθίας ἕτερος [q] Μαργάλου. τούτοις οὐκ ὀλίγοι προσῆσαν τῶν νέων ἐξηγημένοις [r] τοὺς νόμους, καὶ σωφρονοῦσαν τῶν ἡβώντων σφαλερόπεδον. οἳ τότε τ βασιλέα πυνθανόμενοι ταῖς ἀθυμίαις [s] ὑπεκρέοντα καὶ τῇ νόσῳ, λόγον καθῆσαν εἰς τοὺς γνωρίμους, [t] ὡς ἄρα καιρὸς ὀπιτηδειόταλος εἴη, τιμωρεῖν ἤδη τῷ Θεῷ, καὶ τὰ καθασκευασθέντα παρὰ τοὺς πατρίους νόμους [v] ἔργα καθαιρεῖν. [x] ἀθέμιτον γὰρ εἶναι, [y] κατ' τ ναὸν, ἢ εἰκόνας, ἢ προσωπεῖα, [z] ἢ ζῶά τινος ἐπώνυμον ἔργον εἶναι. καθεσκευακὼς δ' ὁ βασιλεὺς, ὑπὲρ τ μεγάλου πύλου, ἀετὸν χρυσοῦν. ὃν δὴ τότε παρῆνουν ἐκκόπτειν οἱ σοφισταὶ, καλὸν εἶναι λέγοντες, εἰ καί τις [a] γένοιτο κίνδυνος, ὑπὲρ τῶν πατρίου νόμου θνήσκειν. τοῖς γὰρ εὖ τελευτῶσιν [b] ἀθάνατόν τε τ ψυχὴν, καὶ τ ἐν ἀγαθοῖς αἰῶνα αἰώνιον ὑπομένειν· τοὺς δ' ἀγεννεῖς, καὶ τ αὐτῶν σοφίας ἀπείρους, ἀγνοοῦντας φιλοψυχεῖν, καὶ πρὸ τοῦ δι' ἀρετῆς τ ἐν νόσῳ θάνατον αἱρεῖσθαι.

γ'. Αμα δὲ τοῖς ἐκείνων λόγοις, διηγγέλθη καὶ θνήσκειν ὁ βασιλεὺς, ὥστε θαρραλεώτερον ἤπτοντο τ ὀπιχειρήσεως οἱ νέοι. μέσης γὰρ ἡμέρας, καὶ πολλῶν κατ' τὸ ἱερὸν ἀναστρεφομένων, σχοίνοις παχείαις καθιμήσαντες σφᾶς [d] αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ τέγους τ χρυσοῦν ἐκεῖνον ἀετὸν ἐξέκοπτον

CAP. XXXIII.

Aquila aurea dejicitur. Morituri Herodis immanitas. Sibi manus inferre conatur. Antipatrum occidi jubet. Quinto post die ipse moritur.

Ἐκφρασις ἱερῦ.

ΤΟ μὲν ἱερὸν ἵδρυτο μὲν, ὥσπερ ἔφην, ὅπι λόφου καρτεροῦ· κατ' ὀχθας δὲ μόλις ἐξήρκει τὸ ἀναπάτω χθαμαλὸν αὐτῦ τοῦτε ναῷ ϗ τῷ βωμῷ. τὰ γὰρ πέριξ ἀπότομα ἦν ϗ καλάντης. τῦ δὲ βασιλέως Σολομῶνος, ὃς δὴ ϗ τὸν ναὸν ἔκτισε, τὸ κατ' ἀναπολὰς μέρος ἐκτειχίσαντος, [1] εἶτ' ἐτέθη μία στοὰ τῷ χώματι· ϗ καλά γε τὰ λοιπὰ μέρη γυμνὸς ὁ ναὸς ἦν. τοῖς δ' ἔξης αἰῶσιν, ἀεί τε τῦ λαῦ προσχωννύντος, ἀνισούμενος ὁ λόφος ἠυρύνετο. ἁλικόσανες δὴ ϗ τὸ προσάρκτιον τεῖχος, τοσῦτον [m] προσέλαβον ὅσον ὕστερον ἐπεῖχεν ὁ τῦ σανὸς ἱερῦ περίβολος. [n] τειχίσαντες δὲ ἐκ ῥίζης τριχῆ κύκλῳ τὸν λόφον, ϗ μεῖζον ἐλπίδος ἐκπονήσαντες ἔργον· εἰς ὃ μακροὶ μὲν ἐξανηλώθησαν αἰῶνες αὐτοῖς, ϗ [o] οἱ ἱεροὶ δὴ θησαυροὶ πάντες, ὓς [p] ἀνεπίμπλασαν οἱ πάλαι τὴν οἰκουμένης δασμοὶ πεμπόμενοι τὸ Θεῷ· τύς τε ἄνω περιβόλυς, ϗ τὸ κάτω ἱερὸν ἀμφεδείμαντο. [q] τύτυ τὸ ταπεινότατον, ἀπὸ τριακοσίων ἀνεληχίσαντο πηχῶν, κτ' δέ τινας τόπυς [r] ἐκ πλείονος· ὁ μέντοι πᾶν τὸ βάθος ἐφαίνετο τῦ θεμελίων· ὅπι πολὺ γὰρ ἔχωσαν τὰς φάραγγας, ἀνισῦν βυλόμενοι τὺς γειτνιῶντας τῦ ἄστεως. πέτραι δὲ τεσσαρακονταπήχεις τὸ μέγεθος ἦσαν τῦ δομήματος· ἦ τε γὰρ δαψίλεια τῦ χρημάτων, ϗ ἡ τῦ λαῦ φιλοτιμία, λόγυ μείζονας ἐποιεῖτο τὰς [s] ἐπιβολὰς, ϗ τὸ μηδὲν ἐλπιζὸν ἔξειν πέρας, ὅπι μονὴ ϗ χρόνοις ἦν ἀνύσιμον.

Β'. Ἦν δὲ ἄξια τῦ τοιύτων θεμελίων ϗ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἔργα. διπλαῖ μὲν γὰρ αἱ στοαὶ πᾶσαι, κίονες δ' αὐταῖς εἰκοσιπέντε πηχῶν τὸ ὕψος· [t] ὑφεστήκεσαν, μονόλιθοι λευκολίτης μαρμάρυ, [v] κεδρίνοις δὲ φαλνώμασιν [x] ὠροφοῦτο. τύτων ἡ μὲν φυσικὴ πολυτέλεια, ϗ τὸ εὔζεστον, ϗ τὸ ἁρμόνιον, παρεῖχε θεωρίαν ἀξιόλογον· ὑδενὶ δὲ ἔξωθεν, ὔτε ζωγραφίας, ὔτε γλυφίδος ἔργῳ προσηγλάϊστο. [y] ϗ πλατεῖαι μὲν ἦσαν ὅπι τριάκοντα πήχεις· ὁ δὲ πᾶς κύκλος αὐτῶν εἰς ἓξ σταδίυς συνεμετρεῖτο, περιλαμβανομένης ϗ τῆς Ἀντωνίας. [z] τὸ δὲ ὕπαιθρον ἅπαν ποικίλον [a] παντοδαπῶν λίθων καλεστρωμένον. ἀφ' τύτυ προϊόντων ὅπι τὸ δεύτερον ἱερὸν, [b] δρύφακι περιβεβλημένον λίθινον, [c] τρίπηχυς μὲν ὕψος, πάνυ δὲ χαριέντως διειργασμένον. ἐν αὐτῷ [d] δ' εἰστήκεσαν ἐξ ἴσυ ἀφεστῶτες

CAP. V.

Descriptio templi.

FAnum autem, ut *superius* dixi, supra arduum quidem collis jugum conditum erat: cumque ædificari cœptum esset, vix templo & aræ sufficiebat planities in illius vertice. nam undique præceps erat atque declivis. Cum autem rex Solomon, idem qui templum exstruxit, partem ejus * ad orientem muro cinxisset, tum terræ illic aggestæ porticus una imposita erat: & ex aliis partibus nudum manebat templum. Progressu autem temporis, cum semper aliquid aggeris populus accumularet, coæquatus collis latior effectus est. Quin & muro ad septentrionem perrupto, tantum assumpsere *spatii*, quantum postea totius fani ambitus includebat. Cum autem a fundamentis triplici muro collem circumdedissent, & in opere magis quam sperandum erat elaborassent, (in quo longa sæcula consumpta erant, omnesque thesauri sacri, quos ex toto orbe missa Deo tributa repleverant) tam superiorem ambitum quam templum interius ædificarunt. Cujus quod humillimum erat ad trecentos cubitos excitarunt, in quibusdam vero locis ad plures. Non tamen omnis fundamentorum altitudo apparebat: nam magna ex parte valles terra aggesta repletæ erant, ut urbis angiportis eas adæquarent. Saxis vero in exstructione usi sunt quadragenorum cubitorum magnitudinis. nam & pecuniæ abundantia & populi liberalitas plus quam dici potest structuram procedere faciebat: & quod absolvi posse ne sperabatur quidem, perseverantia & temporis diuturnitate perfectum erat. *Templi descriptio.* *Confer Antiquitatum l. 3. c. 6. & l. 8. c. 3.* *Saxorum magnitudo.*

2. Tantis autem fundamentis digna erant opera illis imposita. Nam porticus quidem omnes duplices erant, eas vero sustinuerunt columnæ quinis & vicenis cubitis altæ, singulis è saxis marmore candidissimo: & cedrinis laquearibus tectæ erant. Illa utpote naturâ magnifica & bene polita, aptequè & congruenter juncta spectaculum præbebant splendidum & memorabile; nulloque aut pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornatum. Et latæ quidem erant ad xxx. cubitos: omnis autem earum ambitus una cum Antonia sex stadiorum mensuram comprehendebat. At totum sub dio spatium variatum erat & omnigenis lapidibus stratum. Cum vero per hoc secundum ad templum iretur, septum lapideum circumjectum erat trium quidem cubitorum altitudine, admodum vero affabre factum. Illic autem paribus intervallis disposita erant *Porticus quales, & porta. Confer L. Capellum in Hist. Jud. Compend. p. 156, 157.*

---

l Εἶτ' ἐτέθη μία στοὰ] Ita *Big.* & *Ruf.* ἐτετίθη στοὰ in *Editis Aliisque.* sed μία στοὰ quoque habet *Lugd. Bat.* & *Rost.*

m Προσελαβον] προσελάμβανον *L. B.*

n Τειχίσαντες δὲ ἐκ ῥίζης—τὸν λόφον,] Illa ἐκ ῥίζης adduntur nunc ex *MSS. L. B.* & *Rost.* ideoque in versione interpolata sunt. Ita inf. ubi *Antoniæ* munimenta describit cap. v. §. 8. πρῶτον μὲν ἐκ ῥίζης ἡ πέτρα &c. HAV.

o οἱ ἱεροὶ δὲ θησαυροὶ πάντες,] Conf. Antt. lib. 14. c. 7. §. 2. SPANH.

p Ἀνεπίμπλασαν—πεμπόμενοι τῷ Θεῷ.] Ἐνεπίμπλασαν *Big.*

q Τύτυ τὸ ταπεινότατον,] Τῦτο τὸ ταπεινότερον *Big.*

r Ἐκ πλείονος.] Καὶ πλείονος *Big.*

s Ἐπιβολὰς,] τῆς ἐπιβολῆς ἰσφάλη infr. lib. 6. c. 1. §. 6. SPANH.

t Ὑφεστήκεσαν,] Ita cum *Cod. Big.* ἐφεστήκεσαν in *Editis Aliisque.*

v Κεδρίνοις δὲ φαλνώμασιν] Κεδρίνοις τε *Big.* uti & mox ὑδενὶ τ' ἔξωθεν.

x Ὠροφοῦτο.] Ὡροφοῦτο *Big.*

y Καὶ πλατεῖαι μὲν ἦσαν] Καὶ πλ. μὲν ϗ ἐπὶ τρ. *Big.*

z Τὸ δὲ ὕπαιθρον] Καὶ τὸ ὑπ. *Big.*

a Παντοδαπῶν λίθων] Est qui παντοδαποῖς λίθοις malit. Verum nil mutandum, sed ἀπὸ aut ὑπὸ subintelligendum.

b Δρυφακὶ] סורג Talmudicis. REL.

c Τρίπηχυς μὲν ὕψος,] *Misna* decem solummodo agnoscit palmos. Verum si hic tres ordines lapidum statuamus, quibus quartus deinde addatur è lignis constans, nulla erit pugna: adeoque pro τρίπηχυς substituamus τρίσειρος, ut hoc septum tria veluti tecta habuisse dicatur, duo è secundo & tertio ordine lapidum, tertium vero è lignis; vel legamus τρίσοιχοι, ut tres solummodo ordines lapidum veluti parietes agnoscamus, interius lignis vestitos. *Const. l. Empereur* de *Mensuris templi* cap. 2. §. 3. p. 42. Confer *L. Capelli* Spicilegium ad *Ephes.* c. 2. v. 14.

d Δ' ἐστήκεσαν] Διεστήκεσαν *Big.*

* Ab oriente, *Ruf.*

erant columnæ, *ingreſſuros* de lege munditiæ præmonentes, aliæ Græcis aliæ Latinis literis, nemini licere alienigenæ in locum ſanctum intrare. Sanctum enim vocabatur templum ſecundum. & quatuordecim quidem gradibus eò aſcendebatur à primo : illius vero area quadrata erat & proprio muro circundata. cujus exterior celſitudo, quamvis XL. cubitis ſurgeret, tamen gradibus tegebatur, interior autem XXV. cubitorum erat. nam cum in altiori loco gradibus ædificaretur, non tota pars interior cernebatur, colle utpote obtecta. Poſt XIV. autem gradus ſpatium uſque ad murum erat decem cubitorum, totumque erat planum. Hinc rurſum aliæ quinque graduum ſcalæ ad portas ducebant, quæ à ſeptentrione quidem ac meridie octo erant, quaternæ utrinque, duæ vero ex oriente neceſſario. nam cum hîc proprius locus, religionis cauſa, mulieribus muro diſcerneretur, altera quoque porta opus eſſe videbatur: hæc autem ex adverſo prioris ſecta erat. atque ex aliis regionibus una *porta* meridiana & una ſeptentrionalis, quibus ad mulierum atrium introibatur : per alias enim mulieribus non licebat ingredi ; ſed neque per ſuam ultra proprium ſibi dicatum ſeptum. Cæterum patebat locus *iſte* non ſolum feminis Judæam habitantibus, ſed & extra eam popularibus religionis cauſa venientibus. occidua vero pars nullam portam habebat, ſed perpetuo exſtructus ibi erat murus. Porticus autem * poſt portas à muro averſæ intro ante gazophylacia, columnis ingentibus & pulcherrimis ſuſtinebantur. erant autem ſimplices, & præter magnitudinem nulla in re ab inferioris ſepti porticibus differebant.

Mulierum locus.

Portarum ornamenta.

3. Portarum autem novem quidem auro & argento undique *tectæ* erant, una cum poſtibus & ſuperliminari : una vero † extra templum ex ære Corinthio, quæ multum argento incluſas & inauratas dignitate ſuperabat. Et binæ quidem fores in ſingulis januis erant, & unaquæque XXX. cubitis alta & XV. lata erat. atqui poſt introitum introrſum dilatatæ exhedras utrinque habebant XXX. cubitos longas & latas, turris in modum exſtructas, altas vero XL. cubitos & amplius. ſingulas autem binæ columnæ duodenûm cubitorum ambitu ſuſtinebant. Et aliarum quidem *portarum* ſημαλ@ ſῆλαι, [e] τ῀ δ᾽ ἁγνείας προσημαίνουσαι νόμον, αἱ μὲν Ἑλληνικοῖς αἱ δὲ Ῥωμαϊκοῖς γράμμασι, μὴ δεῖν ἀλλόφυλον [f] ἐντὸς γ᾽ ἁγίου παριέναι. τὸ γὰρ δεύτερον ἱερὸν, [g] ἅγιον ἐκαλεῖτο. ᾗ τεσσαρεσκαίδεκα μὲν βαθμοῖς ἦν ἀναβαλὸν ἀπὸ γ᾽ πρώτου, τετράγωνον δὲ ἄνω ᾗ τείχ@ περιπεφραγμένον ἰδίῳ. τούτου τὸ μὲν ἔξωθεν ὕψ@, καίπερ τεσσαράκοντα πηχῶν ὑπάρχον, ὑπὸ τ῀ βαθμῶν ἐκαλύπτετο, τὸ δὲ ἔνδον εἴκοσι ᾗ πέντε πηχῶν ἦν. πρὸς γὰρ ὑψηλοτέρῳ [h] δεδομημένου βαθμοῖς, οὐκέτι ἦν ἅπαν εἴσω καταφανὲς καλυπτόμενον ὑπὸ γ᾽ λόφου. μ῀ δὲ τὰς δεκατέσσαρας βαθμούς, τὸ μέχρι γ᾽ τείχους διάστημα πηχῶν ἦν δέκα, [i] πᾶν ἰσόπεδον. ἔνθεν ἄλλοι πάλιν πενταβάθμοι κλίμακες ἀνῆγον ἐπὶ τὰς πύλας, αἱ ἀπὸ μὲν ἄρκτου ᾗ μεσημβρίας ὁλῶ, [k] καθ᾽ ἑκάτερον τέσσαρες, δύο δ᾽ ἦσαν ἐξ ἀνατολῆς [l] καὶ ἀνάγκην. διατετειχισμένου γὰρ κ῀ τοῦτο τὸ κλίμα ταῖς γυναιξὶν ἰδίου πρὸς θρησκείαν χώρου, ἔδει δευτέραν εἶναι πύλην· τέτμητο δ᾽ αὕτη τ῀ πρώτης ἄντικρυς. καὶ τ῀ ἄλλων κλιμάτων, μία μεσημβρινὴ πύλη, ᾗ μία βόρει@, δι᾽ ἧς εἰς [m] τ῀ γυναικωνῖτιν εἰσῆγον· κ῀ γὰρ τὰς ἄλλας, οὐκ ἐξὴν παρελθεῖν γυναιξὶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ [n] κ῀ τ῀ σφετέραν ὑπερβῆναι τὸ διαλείχισμα. ἀνεῖτο γε μὴν [o] ταῖς τε ὁπιχωρίοις ᾗ ταῖς ἔξωθεν ὁμοφύλοις ὅταν ἴσῳ πρὸς θρησκείαν ὁ χῶρ@. τὸ δὲ πρὸς δύσιν μέρ@ οὐκ εἶχε πύλην, ἀλλὰ διηνεκὲς ἐδεδόμητο ταύτῃ τὸ τεῖχ@. αἱ σταὶ δὲ μεταξὺ τ῀ πυλῶν ἀπὸ γ᾽ τείχους, ἔνδον ἐστραμμέναι [p] πρὸ τ῀ [q] γαζοφυλακίων, σφόδρα μὲν καλοῖς ᾗ μεγάλοις ἀνείχοντο κίοσιν. ἦσαν δ᾽ ἁπλαῖ, [r] ᾗ πλὴν γ᾽ μεγέθους τ῀ κάτω κατ᾽ οὐδὲν ἀπελείποντο.

γ΄. Τῶν δ᾽ πυλῶν [s] αἱ μ῀ ἐννέα, χρυσῷ ᾗ ἀργύρῳ κεκαλυμμέναι πανταχόθεν ἦσαν, [t] ὁμοίως τε αὐτάδες ᾗ τὰ ὑπέρθυρα· μία δ᾽ ἡ ἔξωθεν [v] γ᾽ νεὼ Κορινθίᾳ χαλκῇ, πολὺ τῇ τιμῇ τὰς καταργύρους ᾗ περιχρύσους ὑπερφάγουσα. ᾗ δύο μ῀ ἑκάστῃ πυλῶν@ θύραι, [x] τριάκοντα δ᾽ πηχῶν τὸ ὕψ@ ἑκάστης, ᾗ τὸ πλάτ@ ἦν πεντεκαίδεκα. μ῀ μέντοι τὰς εἰσόδους ὁμοίερα πανταχόθεν πανυπόμβοι πᾶς᾽ ἑκάτερον τριάκοντα πήχεις ἐξέδρας εἶχον εὖρός τε ᾗ μῆκ@ πυργοειδεῖς, [y] ὑψηλαὶ δ᾽ ὑπὲρ τεσσαράκοντα πήχεις. δύο δ᾽ ἀνεῖχον ἑκά-

e Τὸν τ῀ ἁγνείας] ἁγνείας vocat lib. 1. de bell. in prologo quibus cavetur, ne puri & impuri in quibuſdam gradibus ultra *terminum* conſtitutum in locis ſacris tendant. REL.

f Ἐντὸς δ᾽ ἁγίου παριέναι.] Sc. in *interius ſeptum.* Pariterque in interiori ſepto alia fuit iſti ſimilis lorica, qua populus à templi ingreſſu & atrio ſacerdotum diſcludebatur.

g Ἅγιον ἐκαλεῖτο.] Erit ergo illud quod Atrio magno, ſc. Atrio Iſraelitarum & Sacerdotum continetur : & omne quod intra portam Nicanoris eſt, קדש *Sanctum* dicetur oppoſite ad atrium mulierum, חיל & montem Templi, quæ omnia חול *profani* nomine nuncupantur a Judæis. Nam nomen מקדש voce ἅγιον a Joſepho indicari non poteſt, quia מקדש latius patet quam τὸ ἔνδον ἱερόν. REL.

h Δεδομημένου βαθμοῖς,] Ita *Big.* & *Vat.* δεδομημένον τοῖς βαθμοῖς in *Editis Aliiſque.*

i Πᾶν ἰσόπεδον.] πᾶν τὸ ἰσόπ. *L. B.*

k Καθ᾽ ἑκάτερον τέσσαρες,] Καθ᾽ ἕτερον *Big.*

l Κατ᾽ ἀνάγκαιον.] Δι᾽ ἀναγκης *Big.*

m Τὴν γυναικωνῖτιν] עזרת הנשים Cocc.



n Καὶ τὴν σφετέραν] Καὶ τὴν ἐφ᾽ ἑτέραν *Big.*

o Ταῖς τε ἐπιχωρίοις] Ita *Big.* τοῖς τε ἐπιχ. κ῀ τοῖς in *Editis Aliiſque.*

p Πρὸ τ῀] Πρὸς τὴν γαζ. *Big.* Vide Commentarios *Conſt. l'Empereur* in *Cod. Middoth* p. 48. & 49. quem in loci verſione ſequuti ſumus. Paulo autem aliter *Baſnagius* in hunc modum, *porticus procurrentes inter portas, à muro interius protenſæ ante Gazophylacia, pulchris & grandibus ſuſtentabantur columnis.*

q Γαζοφυλακίων,] לשכות REL.

r Καὶ πλὴν γ᾽ μεγέθους] Ita *Big.* & *Ruf.* κ῀ ὥσῳ &c. *L. B.* ἁπλότητι in *cæteris.*

s Αἱ μ῀ ἐννέα,] Ὁμοίως δ᾽ αὖτε *Big.*

t Ὁμοίως τε παραστάδες] Αἱ μ῀ ἔνιαι *Riſ.* ὁμοίας αὖτε π. *Roſt.*

v Τῇ νεὼ Κορινθίᾳ χαλκῇ,] Conf. Ant. Jud. lib. VIII. c. 5. §. 2. SPANH.

x Τριάκοντα δὲ πηχῶν] Τριάκοντα τριῶν τὸ ὕψ@ ἑκάστη *Big.*

y Ὑψηλαὶ] Forte ὑψηλὰς Cocc.

* Poſt portas à muro averſæ] Ita vertend. non *infra portas.* Vide Appar. ad B. Polyglott. p. 31.

† Extra templum] Maluiſſem Interpres vocem ἱερὸν per Templum, Ναὸν per ædem ſacram reddidiſſet, vitandi ambigui cauſa. Erat enim hæc porta extra Ναόν. recte. In Templo tamen. Eſt enim porta Nicanoris, quam æream vocat. Nota eſt hiſtoria quam narrant Talmudici de valvis ejus a Nicanore ex Ægypto tranſvectis. REL.

ἑκάστην κίονες, δώδεκα πηχῶν τὴν [z] περιοχὴν ἔχοντες. καὶ τὰ μὲν ἄλλων ἴσον ἦν τὸ μέγεθος. ἡ δὲ ὑπὲρ τὴν Κορινθίαν ἀπὸ τῆς γυναικωνίτιδος ἐξ ἀναλόλης ἀνοιγομένη τῆς καὶ ναοῦ πύλης ἀνίκρυ, πολὺ μείζων· πεντήκοντα γὰρ πηχῶν οὖσα [a] τὴν ἀνάστασιν, τεσσαράκοντα πήχεις τὰς θύρας εἶχε, καὶ τὸν κόσμον πολυτελέστερον, [b] ὅτι δαψιλὲς πάχος ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. [c] τοῦτο ἦν ταῖς ἐννέα πύλαις ἐπέχεεν [d] ὁ [e] Τιβερίου παῖδος Ἀλέξανδρος. βαθμοὶ δὲ δεκαπέντε πρὸς τὴν μείζονα πύλην ἀπὸ τοῦ τῶν γυναικῶν διαστείχισμάτος [f] ἀνῆγον· [g] τὰ γὰρ κατὰ τὰς ἄλλας πέντε βαθμῶν ἦσαν βραχύτεροι.

δ'. Αὐτὸς δ' ὁ ναὸς, κατὰ μέσον κείμενος, τὸ ἅγιον ἱερὸν, δώδεκα βαθμοῖς ἦν ἀναβαλός. καὶ τὸ μὲν κατὰ πρόσωπον ὕψος τε καὶ εὖρος ἴσον, ἀνὰ πήχεις [h] ἑκατόν. κατόπιν δὲ τεσσαράκοντα [i] πήχεσι στενότερος· ἔμπροσθεν γὰρ ὥσπερ ὦμοι παρ' ἑκάτερον εἰκοσιπήχεις διέκειντο. ἡ πρώτη δὲ αὐτοῦ πύλη, πηχῶν ἑβδομήκοντα τὸ ὕψος οὖσα, καὶ εὖρος εἴκοσι καὶ πέντε, θύρας οὐκ εἶχε· διὰ γὰρ ὁρατοῦ τὸ ἀφανὲς, καὶ [k] ἀπρόκλειστον ἐνέφαινε· κεχρύσωτο δὲ τὰ μέτωπα [l] πάντα, καὶ δι' αὐτῆς ὅ, τε πρῶτος οἶκος [m] ἔσωθεν ἅπας καλεφαίνετο, μέγιστος ὤν, καὶ τὰ περὶ τὴν εἴσω πύλην πάντα λαμπόμενα χρυσῷ τοῖς ὁρῶσιν [n] ὑπέπιπλεν. τοῦ δὲ ναοῦ ὄντος εἴσω διστέγου, μόνος ὁ πρῶτος οἶκος [o] πρόκειτο, καὶ διηνεκὴς εἰς τὸ ὕψος, ἀναλεινόμενος μὲν ἐπὶ ἑκατὸν πήχεις, μηκυνόμενος δὲ ἐπὶ πεντήκοντα, καὶ [p] διαβαίνων ἐπὶ εἴκοσιν. ἡ δὲ διὰ τοῦ οἴκου πύλη κεχρύσωτο μὲν, ὡς ἔφην, πᾶσα, [q] καὶ ὅλος περὶ αὐτὴν τεῖχος. [r] εἶχε δὲ καὶ τὰς [s] χρυσᾶς [t] ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνδρομήκεις καλεκρέμαντο. [v] ὄντος δὲ ἤδη τοῦ ναοῦ διστέγου, ταπεινοτέρα [x] τῆς ἔξωθεν ὄψεως ἡ ἔνδον ἦν, καὶ θύρας εἶχε χρυσᾶς πεντηκονταπέντε πηχῶν τὸ ὕψος, εὖρος δ' ἑκκαίδεκα. πρὸ δὲ τούτων ἰσόμηκες καταπέτασμα, πέπλος ἦν Βαβυλώνιος, ποικίλτος ἐξ ὑακίνθου, καὶ βύσσου, κόκκου τε καὶ πορφύρας, [y] θαυμαστῶς μὲν εἰργασμένος, οὐκ ἀθεώρητον δὲ τὴν ὕλης τὴν κρᾶσιν ἔχων, ἀλλ' ὥσπερ εἰκόνα τοῦ ὅλου. ἐδόκει γὰρ αἰνίττεσθαι τῇ κόκκῳ μὲν τὸ πῦρ, τῇ βύσσῳ τὴν γῆν, τῇ δὲ ὑακίνθῳ τὸν ἀέρα, καὶ τῇ πορφύρᾳ τὴν θάλασσαν· τὸ μὲν ὅτι τῆς χρόας ὁμοιουμένων, τῆς τε βύσσου καὶ τῆς πορφύρας διὰ τὴν γένεσιν, ἐπειδὴ τὴν μὲν ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, τὴν δὲ ἡ θάλασσα. [z] καλεγέγραπτο δὲ ὁ πέπλος πᾶσαν τὴν οὐράνιον θεωρίαν, πλὴν [a] τῶν ζωδίων.

ε'. Παριόντας δ' εἴσω τὸ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ μέ-

par magnitudo erat. Quæ vero ſupra Corinthiam ab oriente ex parte atrii feminarum rectà in templi portam reſpiciebat *reliquis erat* multo major: alta enim erat cubitos L, lata vero XL, cum foribus paris magnitudinis, quæ magnificentiore cultu & ornatu decoratæ erant, craſſioribus ſcilicet auri & argenti laminis veſtitæ. Illud vero quicquid erat auri & argenti, novem iſtis portis infundi curaverat pater Tiberii Alexander. Gradus autem XV. à muro, qui mulieres ſegregabat, ad majorem portam ducebant: illis enim quinque gradibus qui ad alias portas ferebant erant breviores.

4. Ipſum vero templum, in medio poſitum, τὸ ἅγιον. *id eſt* ſacroſanctum, XII. gradibus aſcendebatur. Et à fronte quidem ejus altitudo & latitudo par, centum *nempe* cubitorum. pone vero XL. cubitis erat anguſtius: nam à fronte duo veluti humeri utrinque XX. cubitos ultra templi latera producebantur. Prima autem ejus porta, LXX. cubitis alta atque lata XXV, fores non habebat (cœlum enim undique conſpicuum & ubique patens ſignificabat) omniſque ejus frons erat inaurata, perque eam prima ædes intus tota apparebat quæ maxima erat; quæque circa interiorem *templi* portam erant, tota auro coruſcantia, aſpicientibus occurrebant. Cum autem interior ejus pars contignatione interſepta eſſet, ſola prima domus patebat, & perpetuam in altitudinem ſurgebat ad XC. quidem cubitos; * in longitudine vero L. erat, & XX. in tranſverſum. † at interior in propylæo porta inaurata erat, ut dixi, tota, totuſque circum eam paries. Deſuper autem habebat aureas vites, unde botri ſtatura humana dependebant. Verum quia ædes mediam coaxationem habebat, interior erat exteriori humilior; foreſque aureas habebat LV. cubitorum altitudine, latitudine vero XVI. Foribus autem oppanſum aulæum pari longitudine peplum erat Babylonium, variatum ex hyacintho & byſſo & cocco & purpura, opere quidem mirabili contextum, contemplatione vero non indignam materiæ permixtionem habens, ſed omnium rerum veluti imaginem *exhibens*. nam cocco quidem ignis ſignificari videbatur, byſſo vero terra, hyacintho autem aër, ac purpurâ mare: illis quidem, propter colorum ſimilitudinem, byſſo autem & purpura, ex origine ſua; quoniam byſſum quidem terra, mare autem purpuram gignit. eratque in peplo deſcripta omnis cœli ratio, exceptis ‡ ſignis.

Vites aureæ

5. Introgredientes autem * pars templi inferior *Templi pars inferior.*

: [z] Περιοχὴν ἔχοντες.] Ita cum *Big. Voſſ.* & *Ruf.* qui vertit *craſſitudine.* περίστασιν in *Editis Aliiſque.*

[a] Τὴν ἀνάστασιν,] τὴν ἀνάτασιν *L. B.*

[b] Ἐπὶ δαψιλὲς πάχος ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ.] De eadem porta agetur inf. lib. 6. c. 4. §. 2.

[c] Τοῦτο] τοῦτον *L. B.* τούτων *Roſt.*

[d] Ὁ Τιβ. &c.] Conf. ſupr. lib. 2. c. 15. §. 1. SPANH.

[e] Τιβερίου παῖδος Ἀλέξανδρος.] Vide *Uſſerium* ad A. M. 4039. p. 623.

[f] Ἀνῆγον] ἀνοῖγον *Gen.*

[g] Τῶν γὰρ κατὰ τὰς ἄλλας] Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris templi*, p. 54.

[h] Ἑκατὸν.] Idem Talmudici tradunt. REL.

[i] Πήχεσι στενότερος] Πήχεις.

[k] Καὶ ἀπρόκλειστον ἐνέφαινε] Καὶ τὸ ἀπρόκλειστον *Big.*

[l] Πάντα,] Illud πάντα non agnoſcit *Big.*

[m] Ἔσωθεν ἅπας καλεφαίνετο,] Ἐξωθεν *Big.* & *Ruf.* Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris Templi*, p. 127.

[n] Ὑπεπίπλεν.] Ita *Big.* ὑπεπίπλει *L. B.* ὑπέπιπλον in *Editis Aliiſque.*

[o] Πρόκειτο,] Προσέκειτο *Big.*

[p] Διαβαίνων] Sic *Big.* ἀναβαῖνον in *cæteris.*

[q] Καὶ ὅλος περὶ αὐτὴν τεῖχος.] Καὶ ὁ λίθινος ὁ π. καὶ ὁ π. α. τοῖχος *L. B.*

[r] Εἶχε δὲ καὶ τὰς] Vide *Conſt. l'Empereur* de *Meſuris Templi*, p. 132, 133.

[s] Χρυσᾶς] Vitis aurea גפן של זהב Judæis in Talmudi. REL.

[t] Ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους,] Ὑπὲρ ἑαυτῆς *Big.*

[v] Ὄντος ὁ ἤδη δὲ ναοῦ διστέγου,] Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris Templi* p. 135.

[x] Τῆς ἔξωθεν ὄψεως ἡ ἔνδον ἦν,] Ita neceſſario auxi ex MSS. *Lugd. Bat.* & *Roſt.* verba enim ὄψεως ἡ ἔνδον in vulgatis non exſtant. Teſtatur vero Joſephus ſup. cap. 1. §. 5. paratam Agrippæ regis opera & munificentia lignorum ibidem in promtu fuiſſe materiam, ut tectum ubique æquale redderetur; verum interruptum opus ſeu conatum repentina obſidione. HAV.

[y] Θαυμαστῶς] ἀξιαγωστῶς *L. B.* & *Roſt.*

[z] Καλεγέγραπτο δὲ—θεωρίαν, πλὴν] Conf. Antt. lib. 3. c. 6. §. 2. πολλῶν αὐτῷ συναιθέντων καὶ ποικίλων ὁπόσα &c. SPANH.

[a] Τῶν ζωδίων.] Illud τῶν è *MSS.*

* In longitudine vero L. erat, & XX. in tranſverſum.] Metitur Sanctum cum Porticu, cujus altitudo interior videtur fuiſſe XC. cubitorum Cocc.

† At interior in—inaurata erat,] Incipit forte hic deſcribere portam Sancti Sanctorum, tectam interius velo, quæ enim fores Sanctum claudebant (contra Appion. lib. II. §. 9. inf.) fuerunt altæ VII. cubitos, latæ XX. quæ quomodo conciliari queant non video; niſi aliæ fuerint fores, de quibus hic, aliæ, de quibus ibi agitur Cocc.

‡ *Sc.* Signorum Zodiaci figuris.

* *Al.* Solum templi excipiebat. Confer inf. §. 5. in fine.

rior excipiebat. * Jam vero ejus altitudo quidem erat cubitorum LX, & longitudo totidem, latitudo autem cubitorum XX. † At rursus divisi erant hi cubiti LX. ‡ Et prima quidem pars, ad XL. cubitos

Tria opera mirabilia.

* abscissa, in se habebat tria opera maxime mirabilia & omnium hominum sermone celebrata, lychnuchum, & mensam, & thuribulum. Et septem quidem lucernæ *septem* planetas significabant: tot enim ab ipso ortæ sunt lychnucho. Duodecim vero panes in mensa positi circulum Zodiacum & annum *designabant*. Thuribulum autem per tredecim odores, quibus replebatur ex mari & terra inhabitabili habitataque, indicabant omnia Dei esse Deique in usum. Intima vero *templi* pars viginti quidem cubitorum erat: discernebatur autem similiter velo ab exteriore. Nihil prorsus in illo *penetrali* erat positum, inaccessum vero erat, & inviolabile, & quod à nemine videri poterat, sanctique sanctum vocabatur. Circa autem latera inferioris templi multæ erant domunculæ mutuo perviæ cum triplici tecto, inque eas è templi porta utrinque patebat ingressus. Superior autem pars istas domunculas non habebat, quo magis erat angusta; altior autem ad XL. cubitos magis angusta quam inferior. Colligitur enim ea ratione, cum sexaginta ejus quæ in † solo, universa altitudo centum cubitorum.

Sanctum sanctorum.

Exterior templi facies.

6. Exterior autem ejus facies nihil habuit quod animus & oculi non mirarentur. laminis enim gravissimis aureis undiquaque obtecta erat; ita ut primum ad solis exortum igni simillimum ejacularetur splendorem, & oculos eorum, qui eam intueri necesse haberent, quasi radiis solaribus inde averteret. Porro hospitibus advenientibus è longinquo monti niveo similis videbatur: nam ubi deaurata non erat, candidissimo marmore constabat. atque in fastigio aureis verubus horrebat, idque acutissimis, ne ab insidentibus avibus inquinaretur. Saxorum autem, quibus exstructum erat templum, quædam erant XLV. cubitos longa, alta V, & lata VI. Ara vero pro templo XV. cubitos alta erat, longa vero pariterque lata †† ad L. cubitos. Quadrata autem collocata erat, angulos habens instar cornuum prominentes, & à meridie ascensus in eam leniter acclivis resupinabatur. Sine ferro autem constructa erat, neque unquam ferrum eam tetigerat. Cæterum templum & aram cingebat lorica quædam ex saxo pulchro aspectuque grato ad cubitum *unum* quasi assurgens, quæ populum à sacerdotibus segregabat. Et gonorrhæa quidem laborantes

Ara descriptio.

ρ ἐξεδέχετο. τύτῳ τοίνυν τὸ μὲν ὕψ ἐξήκοντα πηχῶν, καὶ τὸ μῆκ ἴσον, εἴκοσι δὲ πηχῶν τὸ πλάτ ἦν. τὸ δὲ ἑξηκοντάπηχυ πάλιν διῄρητο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον μέρ, ἀπετελημένον ἐπὶ τεσσαράκοντα πήχεις, [b] εἶχεν ἐν αὐτῷ [c] τρία θαυμασιώτατα καὶ θειότητα πᾶσιν ἀνθρώποις ἔργα, λυχνίαν, τράπεζαν, θυμιατήριον. ἐνέφαινον δὲ οἱ μὲν ἑπτὰ λύχνοι τοὺς πλανήτας· τοσοῦτοι γὰρ ἀπ' αὐτῆς διήρηνται τῆς λυχνίας. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἄρτοι δώδεκα, τόν τε ζωδιακὸν κύκλον, καὶ τὸ ἐνιαυτόν. τὸ [d] θυμιατήριον δὲ, ἀφ' τριακαίδεκα θυμιαμάτων, οἷς ἐκ θαλάσσης ἀνεπίμπλατο, [e] τῆς τ' οἰκουμένης καὶ οἰκουμένης ἐσήμαινεν, ὅτι τοῦ Θεοῦ πάντα καὶ τῷ Θεῷ τὸ δ' ἐνδοτάτω μέρ, εἴκοσι μὴ ἦν πηχῶν διείργετο δ' ὁμοίως καταπετάσμασι [f] πρὸς τὸ ἔξωθεν. ἔκειτο δ' οὐδὲν ὅλως ἐν αὐτῷ, [h] ἄβατον ἦν καὶ ἄχρανλον καὶ ἀθέατον ἦν πᾶσιν, ἁγὶα δὲ ἅγιον ἐκαλεῖτο. περὶ δὲ τὰ πλευρὰ τοῦ κάτω ναοῦ, δι' ἀλλήλων ἦσαν οἶκοι τρίστεγοι πολλοὶ, καὶ παρ' ἑκάτερον εἰς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πύλης εἴσοδοι. [h] τὸ δὲ ὑπερῷον μέρ, τούτους μὲν οὐκ ἔτ' εἶχε τοὺς οἴκους, παρόσον [i] ἦν καὶ στενότερον, [k] ὑψηλότερον δ' ἢπὶ τεσσαράκοντα πήχεις, καὶ λιτότερον τοῦ κάτω. [l] σωάγε) γὰρ ἦτο πρὸς ἑξήκοντα τοῖς τοῦ ἑπτάπηχυ πηχῶν ἑκατὸν τὸ πᾶν ὕψ.

ς'. Τὸ δ' ἔξωθεν αὐτοῦ πρόσωπον, οὐδὲν ἦτε εἰς ψυχῆς, ἦτε εἰς ὀμμάτων ἔκπληξιν ἀπέλιπε· πλαξὶ γὰρ χρυσοῦ στιβαραῖς [m] κεκαλυμμένον πάντοθεν, ὑπὸ τὰς πρώτας ἀνατολὰς, πυρωδεστάτῳ [n] ἀπέπαλλεν αὐγὴν, καὶ τοὺς βιαζομένους ἰδεῖν τὰς ὄψεις ὥσπερ ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἀπέστρεφε. τοῖς γε μὴν εἰσαφικνουμένοις ξένοις, πόρρωθεν ὅμοιον ἄρει χιόνι πλησιάζουσιν καὶ φαίνετο· καὶ γὰρ καθὰ μὴ κεχρύσωτο λευκότατον ἦν. κατὰ κορυφὴν δὲ χρυσοῦς ὀβελὸς ἀνεῖχε τεθηγμένους, ὡς μή τινι προσκαθεζομένῳ μολύνοιτο τὰ ὀρνέων. τὰ δὲ ἐν αὐτῷ λίθων ἔνιοι μῆκος πέντε καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦσαν, [o] ὕψος πέντε, εὖρος δὲ ἕξ. [p] πρὸ αὐτοῦ δ' ὁ βωμὸς πεντεκαίδεκα μὲν ὕψος ἦν πηχῶν, εὖρος δὲ καὶ μῆκος ἐκτείνων ἴσον, ἀπὸ πεντήκοντα πήχεις. τετράγωνος [q] δ' ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας, καὶ ἀπὸ μεσημβρίας ἐπ' αὐτὸν ἄνοδος ἠρέμα προσάντης ὑπτίαζε. [r] κατεσκευάσθη δ' ἄνευ σιδήρου, καὶ οὐδέποτε [s] ἔψαυεν αὐτοῦ σίδηρος. περιέστεφε δὲ τόν τε ναὸν καὶ τὸν βωμὸν εὐλιθόν τι [t] καὶ χαριὲν θεῖσιον, ὅσον πηχυαῖον ὕψος, ὃ διεῖργεν ἐξωτέρω τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ἱερέων. [v x] γονορροϊοις μὲν

b Εἶχεν ἐν αὐτῷ] Εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τρία τὰ θαυμ. *Big.*

c Τρία θαυμασιώτατα—τοὺς πλανήτας.] Conf. Antt. lib. 3. c. 6. §. 7. παραζεύς αὐτὴν συγκεκριμένην εἰς ὅσας τοὺς πλανήτας &c. SPANH.

d Θυμιατήριον] Abest a *Rost.*

e Τῆς τ' οἰκουμένης] Καὶ τὴν *Big.* & *Voss.*

f Πρὸς] εἰς *Rost.*

g Ἄβατον δὲ καὶ—ἅγιον ἐκαλεῖτο.] Conf. Antt. lib. 3. c. 6. §. 4. τὸ δ' ἄβατον τὸ ἐντὸς τῶν τεσσάρων &c. SPANH.

h Τὸ δὲ ὑπερῷον μέρ,] Vide *Const. l'Empereur* de *Mensuris Templi*, p. 152.

i Ἦν καὶ στενότερον,] Illud ἦν omittit *Voss.*

k Ὑψηλότερον] Ὑψηλὸν *Big.*

l Σωάγε) γὰρ] σωάγεται δὲ *L. B.* & *Rost.*

m Κεκαλυμμένον πάντοθεν,] Κεκαλυμμένου *Voss.* & mox ὅμοιον.

n Ἀπέπαλλεν αὐγὴν,] Ἀπέλαμπεν *Big.*

o Ὑψος πέντε,] Ὑψός τε πέντε, εὖρος ἓξ *Big.* ὕψος πήχων πέντε, εὖρος ἓξ *L. B. Rost.* retinet *vulg.* sed βάθος habet pro ὕψος.

p Πρὸ αὐτοῦ δ' ὁ βωμὸς] Ara ante Templum, ita etiam apud Gentiles, unde βωμὸς προναίας dixit *Æschylus* Suppl. v. 502. SPANH.

q Δ' ἵδρυτο,] Illud δ' abest a *L. B.*

r Κατεσκεύασθη δ' ἄνευ σιδήρου, καὶ οὐδέποτε] De eadem Ara Hierosolymitana è lapidibus non sectis infr. adv. Apion. lib. 1. §. 22. SPANH.

s Ἔψαυεν αὐτοῦ σίδηρος.] Ita *Big.* & *Voss.* & *Rost.* ἤψαυεν in *Editis Aliisque.*

t Καὶ χαριὲν θεῖσιον,] Illud καὶ non agnoscit *Big.* & mox καὶ inserit inter ὅσον & πηχυαῖον.

v Γονορροϊοις μὲν δὴ καὶ] Hic enarrat ἁγνείας de quibus egit in Proëm. l. 1. de B. 1. §. 10. nam hoc ordine promisit se de iis acturum; inter altaris descriptionem & vestium pontificalium decem sanctitates Talmudici enarrant: hic 7.

1. Urbs gonorrœis & leprosis interdicta 2. menstruatis.
2. Mulieres puras a spatio ultra septum eas disterminans a viris.
3. Viri non per omnia ἐγκυκλότεις ab atrio interiori arcebantur.
4. Viri puri a spatio sacerdotum arcebantur.
5. Ab altari & templo arcebantur sacerdotes vitiati, byssо non velati & ebrii.
6. His adde gentes ad septum suum tantum licuisse progredi.
7. Et Pontif. Max. in S. S. ingressum REL.

* Jam vero ejus—autem cubitorum XX.] Metitur Sanctum & Sanctum Sanctorum. Cocc.

† At rursus divisi erant hi cubiti LX.] Nempe a Porticu. Cocc.

‡ Et prima quidem pars,] Nempe Sanctum. Cocc.

* Abscissa,] A Sancto Sanctorum. Cocc.

† *Id est*, inferioris partis. *Rufinus* vertit, *Colligitur enim centum cubitorum celsitudo universa, cum in solo XL. cubitos habuerit.* Vide *L. Capellum* in *Hist. Jud. Compend.* p. 160.

†† Cubitis quadragenis, *Ruf.* Est qui πόδας pro πήχεις in *Græcis* rescribendum censet.

x Γονορροϊοις] Talmudici in Kelim. 1. 8. leprosis quidem interdictam

μὲν δὴ καὶ λεπροῖς ἡ πόλις ὅλη [y] διέργετο, γυναικῶν δὲ [z] ἐμμήνοις [a] ἀπεκέκλειστο, παρελθεῖν δὲ ταύταις οὐδὲ καθαραῖς ἐξὴν ὃν [b] προείπομεν ὅρον. ἀνδρῶν δ' οἱ μὴ κατ' πᾶν ἠγνευκότες εἴργοντο τ ἔνδον αὐλῆς, καὶ τ ἱερέων πάλιν οἱ μὴ καθαρεύοντες εἴργοντο.

ζ'. Τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων ὅσοι ἀφὴ [c] πήρωσιν οὐκ ἐλειτούργουν, παρῆσάν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήροις ἐνδοτέρω τ γεισίου, καὶ τὰς ἀπὸ τ γένους ἐλάμβανον μερίδας, ταῖς γε μὴν ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς ἐχρῶντο. τ μὲν γὰρ ἱερὰν [d] ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνον. ὅπου γὰρ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τ ναὸν ἀνέβαινον οἱ τ ἱερέων ἄμωμοι, βύσσον μὲν ἀμπεχόμενοι, μάλιστα δ' [e] ἀπὸ ἀκράτου [f] νήφοντες, δέει τ θρησκείας, ὡς μή τι [g] πλημμελῆσαι ἐν τῇ λειτουργίᾳ. ὁ γὰρ ἀρχιερεὺς ἀνῆκε μὲν σὺν αὐτοῖς, ἀλλ' οὐκ ἀεί, ταῖς δ' [h] ἑβδομάσι καὶ νουμηνίαις [i] καὶ εἴ τις ἑορτὴ πάτριος ἢ πανήγυρις πάνδημος ἀγομένη δι' ἔτους. [k] ἐλειτούργει δὲ, τὰς μηρὰς μὲν ἄχρις αἰδοίου περιζώσμασι καλύπτων, [l] λινοῦ τε ὑποδύτου ἔνδοθεν λαμβάνων, καὶ ποδήρης καθύπερθεν ὑακίνθινον ἔνδυμα στρογγύλον θυσανωτὸν ἔργον. τ δὲ θυσάνων ἀπήρτητο κώδωνες χρύσεοι, καὶ ῥοαὶ [m] περιάλληλοι, βροντῆς μὲν οἱ κώδωνες, ἀστραπῆς δ' αἱ [n] ῥοαὶ σημεῖον. [o] ἡ δὲ τὸ ἔνδυμα τρὶς στέρνῳ [p] προσηλῶσα ταινία, πέντε διλωθισμένη ζώναις ποικίλτο, χρυσοῦ τε καὶ πορφύρας καὶ κόκκου, πρὸς δὲ βύσσου καὶ ὑακίνθου, δι' ὧν, ἔφαμεν, καὶ τὰ τῆ ναῆ καταπετάσματα συνυφάνθαι. τούτοις δὲ καὶ ἐπωμίδα κεκραμένην εἶχεν, ἐν ᾗ [q] πλείων χρυσὸς ἦν. σχῆμα μὲν ἦν [r] ἐνδυτοῦ θώρακος εἶχεν. δύο δ' αὐτὴν ἐπέπρωτο [s] ἀσπίδισκαι χρυσαῖ, κατεκέκλειντο δ' ἐν ταύταις κάλλιστοί τε καὶ μέγιστοι σαρδώνυχες, τὰς ἐπωνύμους τ γ ἔθνους φυλῶν ἐπιγεγραμμένας. κατ' ἄλλον ἄλλοι προσήρτητο [t] λίθοι δώδεκα, κατὰ τρεῖς εἰς τέσσαρα μέρη διηρμένοι· σάρδιον, [v] τόπαζος, σμάραγδος, ἄνθραξ, ἴασπις, σάπφειρος, ἀχάτης, ἀμέθυστος, λιγύριον, ὄνυξ, βήρυλλος, χρυσόλιθος· ὧν ἐφ' ἑκάστου [x] πάλιν, εἷς τ ἐπωνύμων ἐγέγραπτο. [y] ἐπὶ δὲ κεφαλὴν βυσσίνη μὲν ἔσκεπε τιάρα, καλέστεπτο δ' ὑακίνθῳ· περὶ ἣν χρυσῆς ἄλλος ἦν στέφανος, [z] ἐκτύπωμα φέρων τὰ ἱερὰ γράμματα. [a] ταῦτα

itemque leproſi tota urbe arcebantur, & mulieribus in menſium profluvio clauſum erat *templum*; iſtiſque, ne cum mundæ quidem eſſent, limitem de quo diximus tranſgredi licebat. Viri autem qui per omnia non purificati erant ab interiore ſepto arcebantur, & * è ſacerdotibus qui minime puri eſſent ſimiliter excludebantur. *Quibus non licebat templum instrare.*

7. Quicunque autem ex genere ſacerdotum ob defectum aliquem non miniſtrabant, *illi* ſimulque aderant intra loricam cum reliquis qui integro erant corpore, † parteſque *ſacrificiorum jure* generis *ſui* accipiebant; cæterum veſtibus plebejis utebantur. nam ſacra veſte is ſolus indutus erat qui miniſtrabat. Ad altare autem templumque aſcendebant de ſacerdotibus illi qui puri & integro erant corpore, byſſina quidem veſte amicti, maxime vero vino abſtinentes *idque* religionis reverentia, ne quid in miniſterio *ſuo* perperam agerent. Pontifex autem cum ipſis quidem, non tamen ſemper, aſcendebat; ſed diebus *quibuſque* ‡ ſeptimis & noviluniis, & ſi quando patria feſtivitas atque annua celebritas ab omni populo ageretur. Sacris autem operabatur, femora quidem uſque ad verenda ſubligari occultans, intuſque habens lineam ſubuculam & hyacinthinum deſuper indumentum rotundum ad talos demiſſum, opus fimbriatum. ex fimbriis autem pendebant tintinnabula aurea & mala Punica alternatim intertexta: tintinnabulis quidem tonitrua, malis vero Punicis fulgura referentibus. Pectori autem indumentum quæ affigebat tænia, quinque diſtincta erat & variata * zonis, auri *ſcilicet* & purpuræ & cocci, byſſique præterea & hyacinthi, quibus etiam vela templi diximus eſſe contexta. Iiſdem autem epomidem temperatam habebat, in qua plus auri erat. & figura quidem thoraci quo quis indui poteſt ſimilis erat. Duabus autem fibulis aureis clypeorum parvulorum ſpecie vinciebatur, illiſque incluſi erant optimi maximique ſardonyches, nomina eorum, à quibus denominatæ erant gentis tribus, inſcripta ferentes. ex altera vero parte duodecim pendebant alii lapides, terni *in eadem ſerie* per quatuor *verſiculos* diſpoſiti, *ſc.* ſardius, topazius, ſmaragdus; carbunculus, jaſpis, ſaphirus; achates, amethyſtus, ligurius; onyx, beryllus, chryſolithus: quorum ſingulis rurſus unus eorum inſcriptus erat, quorum nomina ferebant tribus. Caput autem *ejus* tegebat tiara ex byſſo quidem facta, hyacinthino vero ſerto redimita: circa quam alia corona erat aurea, in qua expreſſæ erant *Quinam ſacerdotum aram templumque aſcendebant. Pontificis M. veſtimenta.*

terdictam urbem ſcribunt, quod & hic teſtatur Joſephus, ſed γυναῖκας a monte Templi excludunt, non ab urbe. REL.

y Διέργετο.] Εἶχεν τὸ διῆργον *Big. Bod.* & *Voſſ.*

z Ἐμμήνοις] ἰμμηνίοις *L. B.* niſi hæc corrupta ſint, non conveniunt cum Talmudicis qui menſtruatas a ſolo monte Templi excludunt. Sed Ant. III. 10. etiam urbe excludit menſtruatas. REL.

a Ἀπεκέκλειστο.] Ἀποκέκλειστο *Big.*

b Προείπομεν ὅρον.] Προεῖπαμεν *Big.*

c Πήρωσιν] Πηρώσεις *Big.* HUDS. Male reddidit interpres cœcitatem. Notat מום vitium, mutilationemve partum corporis, non ſolam cœcitatem. Id ſupra probavimus ad Antiq. lib. III. 10. REL.

d Ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνον.] Confer *Seldenum* de *Succeſſione in Pontificatum Hebræorum* l. 2. c. 7. *Sheringham.* in *Cod. Joma*, p. 155. 156. *Seldenum* de *Synedriis*, l. 3. c. 11. §. 3. & *Petitum* in *Obſervatt.* ἀνεκδότοις in *Joſephum*, tom. 4. p. 100. HUDS. Veſtes ſacerdotales non gerebant cæci & ſimiles: ſed ſoli λειτουργοῦντες REL.

e Ἀπὸ ἀκράτου] De ſacerdotum Hebr. abſtinentia à vino *Philo de Monarch.* p. 825. Conf. Antt. Judaic. lib. 3. c. 12. §. 2. πεφάλιοι, πίνειν οἶνον ἕως ἂ τὴν τολὴν &c. SPANH.

f Νήφοντες,] Νήφοντες ἀεὶ, δίκαι ἁγ. *Bod.* & *Roſt.*

g Παραβαῖεν] Παραβαῖναι *Big.*

h Ἑβδομάσι] Notat Sabbathis potiſſimum eos operatos ſacris non ſtatis ſuis quoſque hebdomadibus ut ſacerdotes, & præter eas in feſtis majoribus. REL.

i Καὶ εἴ τις ἑορτὴ πάτριος] Κἂν ἢ τις *Big.* forſan pro κἂν ἤ τις.

k Ἐλειτούργει δὲ, —καλύπτων,] De Veſtibus Pontificis ἀρχ. lib. 3. cap. 7. §. 1. ſeqq. γίνον) δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν τολαὶ &c. SPANH.

l Λινοῦ τε—θυσανωτὸν ἔργον.] Λινοῦν *Big.*

m Περιάλληλοι,] Ὡσὶ μέσον ἀκαλαμβάνοντες δύο τι κωδώνων ῥοῦσκον καὶ ῥοᾶν κωδώνιον in *Antiqq.* lib. 3. c. 7. §. 4. med.

n Ῥοαὶ σημεῖον.] *Al.* ῥοιαί.

o Ἡ δὲ τὸ ἔνδυμα τῷ στέρνῳ] Ἣν δὲ τὸ ἔνδ. *Big.*

p Προσηλῶσα ταινία,] Προσειλῆσα *Big.*

q Πλείων χρυσὸς ἦν.] Ita *Big.* & *Voſſ.* πλείω in *Editis Aliiſque.*

r Ἐνδυτοῦ θώρακος εἶχεν.] Male *Ruſinum*, qui vertit, *aſpidum ſpecie vinciebantur*, reprehendit *Brunnius* de *Veſtitu Sacerd. Hebr.* l. 2. c. 6. §. 10.

s Ἀσπιδίσκαι χρυσαῖ,] ἀσπίδις καὶ χρυσῆ *Roſt.*

t Λίθοι δώδεκα,] Conf. ἀρχ. lib. 3. c. 7. §. 5. ἐπίασεν δὲ καὶ τὸν ἐσκήνην λίθοι δώδεκα &c.

v Τόπαζος,] Τοπάζιον *Big.* Confer *Antiquitatum*, l. 3. c. 7. §. 5. l. 6. paul. poſt med.

x Πάλιν,] Abeſt a *Roſt.*

y Τὴν δὲ κεφαλὴν βυσσίνη μὲν ἔσκεπε τιάρα,] Conf. ἀρχ. lib. 3. c. 7. §. 6. πίλος δὲ ἦν μὲν ὁ καὶ πρότερον αὐτῷ &c. SPANH.

z Ἐκτύπωμα] Ἐκτυπα *Big. Vat.* & *Voſſ.*

a Ταῦτα δὲ ἐκ φωνέντα τέσσαρα.] Conf. Antt. lib. 3. c. 7. §. 6. ὃς ἐφοῖς γράμμασι ἓ Θεῦ &c. SPANH.

* E ſacerdotibus] à ſacerd. *Gelen.* è ſacerd. SPANH.

† Parteſque generis conſequebantur *Ruf.* Etiam partes generis (*Sacerdotalis, qui illic manerent*) ſimul omnes capiebant, *Selden.* de *Synedriis Vett. Hebr.* l. 3. c. 11. p. 173.

‡ *Id eſt*, Sabbatis. nam ἑβδόμη ἡμέρα (ut alibi dicit *Joſephus*) σάββατα καλεῖται.

* Coloribus *Ruf.*

b Οὐκέτι

erant ſacræ literæ. hæ autem ſunt vocales quatuor. Et hanc quidem veſtem alio tempore non gerebat, quippe ſimpliciorem adſumebat; ſed tunc cum in adytum intraret: ſemel autem quotannis ſolus intrabat, quo die moris erat omnibus jejunio Deum colere. Et quæ ad civitatem quidem ſpectant & templum, moreſque & leges circa ea *obſervandas*, iterum accurate magis agemus: non enim pauca de illis dicenda ſuperſunt.

Antonia turris.

8. Cæterum Antonia poſita erat ad angulum quidem, quo ſeptentrionalis & occidentalis *ſepti* exterioris templi porticus conjungebantur. Exſtructa autem erat ſuper petra, L cubitis alta, & undique prærupta. Opus erat regis Herodis, in quo maxime ingenii ſui magnificentiam oſtendit. Primum enim ab imis uſque radicibus ſaxum ipſum levibus ex cæſo lapide cruſtis obtegebatur, quo & decus ei adderetur, & facile dilaberentur, qui vel aſcendere vel deſcendere tentaviſſent. Deinde ante arcis ipſius ædificium murus erat altitudinis trium cubitorum; intra hunc, omne ſpatium Antoniæ in XL. cubitos erigebatur. Intus autem regiæ amplitudinem & formam habebat. diviſa enim & diſtincta erat in varia omnis ſpeciei omniſque uſus habitacula, atria, porticus, balneas, & aulas ampliſſimas, militibus collocandis aptiſſimas; ita ut, quòd omnia in ea erant ad uſum neceſſaria, urbs, ſtructuræ vero magnificentia regia videretur. Cum autem tota haberet turris ſpeciem, quatuor in angulis quatuor habuit alias turres: quarum aliæ quidem L. cubitos altæ, illa vero quæ ad angulum meridionalem & orientalem ſita erat LXX. cubitis eminebat, ita ut ex ea totum templum conſpici poſſet. Qua vero templi porticibus jungebatur, *utrimque* in ambas deſcenſus habebat, per quas deſcendentes vigiles (ſemper enim in Antonia erat Romana legio) & variis in locis ad porticus ſtantes cum armis, feſtis diebus populum, ne quid novi moveret, obſervabant. Cuſtodia enim urbis erat templum, templi Antonia. ibi vero erant trium illorum locorum cuſtodes: atque ſuperiori civitati etiam ſuum erat præſidium, Herodis *nempe* regia. Bezetha autem collis ab Antonia, uti dixi, diviſus erat: cum autem omnium altiſſimus eſſet, parti novæ urbis adjunctus erat, templumque ad ſeptentrionem ſolus obſcurabat. Et de urbe quidem muriſque, cum mihi propoſitum ſit rurſus ſingula dicendo perſequi, in præſentia ſatis dixiſſe videor.

Antoniæ deſcriptio.

Præſidium Romanorum feſtis diebus in Antonia.

Bezetha collis.

δὲ ὅτι φωνήεντα τέσσαρα. ταύτῃ μὲν οὖν ἡ ἐσθῆτα οὐκ ἐφόρει τὸν ἄλλον χρόνον, λιτοτέραν δ' ἀνελάμβανεν, [b] ὁπότε δὲ εἰσίοι εἰς τὸ ἄδυτον, [c] εἰσήει δ' ἅπαξ καθ' ἑαυτὸν μόνος, ἐν ᾗ νηστεύειν ἔθος ἡμέρᾳ πάντας τῷ Θεῷ. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν πόλεως καὶ τὸν ναὸν, [d] τά τ' ὅπλα τούτοις ἐθῶν καὶ νόμων, αὖθις ἀκριβέστερον ἐρεῖμεν. ἃ γὰρ ὀλίγα περὶ αὐτῶν καταλείπεται λόγος.

η'. Ἡ δὲ Ἀντωνία, κατ' γωνίαν μὲν δύο στοῶν ἔκειτο τοῦ πρώτου ἱεροῦ, τήν τε πρὸς ἑσπέραν, καὶ τὴν πρὸς ἄρκτον. δεδόμητο δ' ὑπὲρ πέτρας [e] πεντηκονταπήχους τὸ ὕψος, ἀκρήμνου δὲ πάσης. ἔργον δ' ἦν Ἡρῴδου βασιλέως, ἐν ᾧ μάλιστα τὸ φύσει μεγαλόνουν ἐπεδείξατο. [f] πρῶτον μὲν ἐκ ῥίζης ἡ πέτρα πλαξὶ κεκαλυμμένη λείαις λίθων, εἵς τε κάλλος, καὶ ὡς ὀλισθάνοι πᾶς ὁ [g] προσβαίνειν καὶ καθίεναι πειρώμενος. ἔπειτα πρὸ τοῦ πύργου δομήσεως, τριῶν πηχῶν τεῖχος ἦν, ἐνδοτέρω δὲ [h] τούτου, τὸ πᾶν [i] διάστημα τῆς Ἀντωνίας, ὅτι τεσσαράκοντα πήχεις ἠγείρετο. τὸ δὲ ἔνδον βασιλείων εἶχε χώραν καὶ διάθεσιν. μεμέριστο [k] γὰρ εἰς πᾶσαν οἴκων ἰδέαν τε καὶ χρῆσιν, [l] ὥστε αὐλὰς πλατείας, καὶ βαλανεῖα καὶ περιστύλους [m] αὐλὰς πλατείας, ὡς τῷ μὲν πάντα ἔχειν τὰ χρειώδη, πόλεις εἶναι [n] δοκεῖν, τῇ πολυτελείᾳ δὲ βασίλειον. πυργοειδὴς δὲ ἦσα τὸ πᾶν σχῆμα, κατ' γωνίαν τέσσαρσιν ἑτέροις διείληπτο πύργοις· [o] ὧν οἱ μὲν ἄλλοι πεντήκοντα τὸ ὕψος, ὁ δὲ ὅτι τῇ μεσημβρινῇ καὶ κατ' ἀνατολὴν γωνίᾳ κείμενος ἑβδομήκοντα πηχῶν ἦν, ὡς καθορᾶν ὅλον ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἱερόν. καθὰ δὲ συνῆπτο ταῖς τοῦ ἱεροῦ στοαῖς, εἰς ἀμφοτέρας εἶχε καταβάσεις· δι' ὧν [p] κατιόντες οἱ φρουροὶ, [q] καθῆντο μὲν ἀεὶ ἐπ' αὐτῆς τάγμα Ρωμαίων, καὶ διεστάμμοι περὶ τὰς στοὰς μετὰ τῶν ὅπλων, ἐν ταῖς ἑορταῖς, τὸ δῆμον ὡς μή τι νεωτεριοθείη παρεφύλαττον. φρούριον μὲν ἐπίκειτο τῇ πόλει μὲν τὸ ἱερὸν, τῷ ἱερῷ δὲ ἡ Ἀντωνία. [r] κατὰ δὲ ταύτην οἱ τῶν τριῶν φύλακες ἦσαν, καὶ τῆς ἄνω πόλεως ἴδιον φρούριον ἦν, τὰ Ἡρῴδου βασίλεια. [s] ἡ Βεζεθὰ δὲ λόφος διηρτο μέν, ὡς ἔφην, ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας· πάντων δὲ ὑψηλότατος ὢν [t] μέρει τῆς καινῆς πόλεως προσῴκιστο, [x] καὶ μόνος [y] τῷ ἱερῷ κατ' ἄρκτον [z] ἐπεσκότει. ταῦτα μὲν δὴ τῆς πόλεως, καὶ τῶν τειχῶν αὖθις εἰπεῖν ἀκριβέστερον ἔκαστα [a] προτεθειμένου, ὅτε τοῦ παρόντος ἀποχρώντως εἴρηκα.

b Ὁπότε δὲ εἰσίοι] Λιτοτέραν δ' ἀνελάμβανεν, ὁπότε εἰσίοι legit *E. Bernardus* in notis ad *Joſephum*, p. 215. Verum οὐκ ante vocem ἐφόρει & δὲ poſt ὁπότε tollendum eſſe exiſtimat *Bonfrerius* ad *Leviticum*, p. 648. vertitque, *Et hanc quidem veſtem ferebat alio tempore; ſimpliciorem vero aſſumebat, quando ingrediebatur adytum; ſemel autem*, &c. Vide *Seldenum* de *Succeſſ. in Pontif.* l. 2. c. 7. & *Cunæum* de *Rep. Hebr.* l. 2. c. 1.

c Εἰσήει δ' ἅπαξ—ἐν ᾗ νηστεύειν ἔθος] Conf. Antt. lib. 18. c. 5. §. 3. SPANH.

d Τῶν τ' ἐπὶ τούτοις] Τῶν τι περὶ τούτων *Big.*

e Πεντηκονταπήχους] Πεντηκοντατριπήχεις *Big.*

f Πρῶτον μὲν ἐκ ῥίζης] Πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ. *Big. Roſt.* & *Lugd. Bat.*

g Προσβαίνειν καὶ καθίεναι] Προσβῆναι *Big.*

h Τούτου,] τούτων *Lugd. Bat.*

i Διάστημα τῆς Ἀντωνίας,] Ἀνάστημα *Big.*

k Γὰρ] δὲ *L. B.*

l Περίστοα] Conf. ſupr. c. 4. §. 4. SPANH.

m Αὐλὰς πλατείας,] Αὐλαῖς πλατείαις *Big. Roſt.* & *Vat.*

n Δοκεῖν,] Δοκοίη *Big.*

o Ὧν οἱ μὲν ἄλλοι] Vide *Grotium* ad *Matt.* c. 26. v. 45.

p Καθιόντες οἱ φρουροὶ,] Ὡς οἱ μὲν ἄλλοι *Big.*

q Καθῆντο γὰρ] Καθήσται *Big.*

r Κατὰ δὲ ταύτην—φύλακες ἦσαν,] Puto reddendum *in hac (Antonia) trium arcium Hieroſolymitanarum cuſtodes ſolebant commorari*: & quia templi tantum & Antoniæ facta eſt mentio addit quæ tertia arx fuerit, *regia Herodis*. REL.

s Ἡ Βεζεθὰ δὲ λόφος] Conf. ſup. lib. 2. c. 15. §. 5. SPANH.

t Μέρει τῆς καινῆς πόλεως] Ita in pleriſque libris impreſſis & *MSS.* μέρη in *Ed. Baſ.*

v Προσῴκιστο,] Προσῴκειτο *Busb.* & mox ἐπεσκότει. *Idem* & *Vat.*

x Καὶ μόνος] Vide *Villalpandum* in *Apparatu Urbis ac Templi*, *part.* 1. l. 2. c. 12. p. 97.

y Τῷ ἱερῷ κατ' ἄρκτον] τῶν ἱερῶν *Roſt.*

z Ἐπεσκότει,] ἐπισκόπει *L. B.* ἐπισκόπει *Roſt.*

a Προτεθειμένου,] Προτεθέμενον *Big.*

CAP.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Σίμωνος καὶ Ἰωάννου τῶν τυράννων. καὶ ὡς ἀδιόνητος Τίτου τὸ τεῖχος, τοξεύεται Νικάνωρ· ὅθεν εἰς πολιορκίαν παροξύνεται ὁ Τίτος.

CAP. VI.

De Simone & Joanne Tyrannis. utque Tito mœnia circumeunte, vulneratur Nicanor; unde ad obsidionem urgendam excitatur Titus.

vii.

ΤΟ μάχιμον δ' ὂν αὐτῇ καὶ στασιάζον πλῆθος περὶ Σίμωνα μὲν μύριοι ἦσαν, δέκα τῶν Ἰδουμαίων, πεντήκοντα δ' ἡγεμόνες τῶν μυρίων, ἐφ' οἷς ἦν κύριος τῶν ὅλων. Ἰδουμαῖοι δ' αὐτῷ [a] συντελοῦντες, εἰς πεντακισχιλίους, ἄρχοντας εἶχον δέκα. τούτων πρόσχειν ἐδόκουν, ὅ, τε τοῦ Σωσᾶ Ἰάκωβος, καὶ [b] Σίμων υἱὸς Καθλᾶ. Ἰωάννης δὲ, τὸ ἱερὸν κατειληφὼς, ἑξακισχιλίους ὁπλίτας εἶχεν, ὑφ' ἡγεμόνας εἴκοσι. προσεγένοντο δ' αὐτῷ τότε καὶ οἱ ζηλωταὶ, πανσάμενοι τοῦ ἀφ' Ἑφραίμ, διακόσιοι μὲν ὄντες καὶ τεσσαράκοσιοι, χρώμενοι δ' ἄρχοντι τῷ καὶ πρότερον [c] Ἐλεαζάρῳ, καὶ Σίμωνι τοῦ [d] Ἀριοῦ. πολεμούντων δὲ τούτων, ὡς ἔφαμεν, ἆθλον ὁ δῆμος ἦν [e] ἑκατέρων, καὶ τὸ μὴ συναδικεῖν τοῖς λαοῖς μέρος ὑπ' ἀμφοῖν διηρπάζετο. κατεῖχε δ' ὁ μὲν Σίμων τήν τε ἄνω πόλιν καὶ [f] τὸ μέγα τεῖχος ἄχρι τοῦ Κεδρῶνος, τοῦ τε ἐχομένου τείχους ὅσον ἀπὸ τοῦ Σιλωᾶς ἀναχάμπτον εἰς ἀναβολὴν, ὃ μέχρι τοῦ Μονοβάζου κατέβαινεν αὐλῆς. βασιλεὺς δ' ἦν τῶν ὑπὲρ Εὐφράτου Ἀδιαβηνῶν. κατεῖχε δὲ καὶ τὴν λίμνην, [g] καὶ τὴν Ἀκραν· αὕτη δ' ἦν ἡ κάτω πόλις. καὶ τὰ μέχρι [h] τοῦ [i] Ἑλένης βασιλείων, τοῦ τε Μονοβάζου μηλέος. ὁ δὲ Ἰωάννης τό, τε ἱερὸν, καὶ τὰ περιξ ἐπ' οὐκ ὀλίγον, [k] τόν τε Ὀφλᾶν καὶ τὴν Κεδρῶνα καλουμένην φάραγγα. [l] τὸ μεταξὺ δὲ τούτων ἐμπρήσαντες, τῷ πρὸς ἀλλήλους πολέμῳ [m] χώραν ἀνεῖσαν. ἅδε γὰρ, πρὸς τοῖς τείχεσιν ἑστοπεδευμένων Ῥωμαίων, ἔνδον ἡ στάσις ἠρέμει. βραχὺ δὲ πρὸς τὴν πρώτην [n] ὑποπλαγέντες ἐκδρομὴν ἀνενόησαν, καὶ κατὰ σφᾶς πάλιν διαστάντες ἐμάχοντο, καλά τε εὐχὴν πάντα τοῖς πολιορκοῦσιν ἐπρατίζον. ἅτε γοῦν αὐτοὶ τὶ χεῖρον ὑπὸ Ῥωμαίων ἔπαθον, ὧν ἀλλήλους ἔδρασαν· ἅτε μὴ [p] τούτους ἡ πόλις ἐπειράθη καινοτέρου πάθους. ἀλλ' ἡ μὲν χαλεπώτερόν τι πρὸ τοῦ πεσεῖν ἠτύχησεν, οἱ δὲ [q] ἑλόντες αὐτὴν κατώρθωσάν τι μεῖζον. φημὶ γὰρ ὡς ἡ μὲν πόλιν ἡ στάσις, Ῥωμαίοις δὲ εἷλον τὴν στάσιν, ὅτῳ ἦν πολὺ τῶν τειχῶν ὀχυρωτέρα. καὶ τὸ μὲν σκυθρωπὸν τοῖς οἰκείοις, τὸ δίκαιον δ' ἄν τις εὐλόγως Ῥωμαίοις προσγράφοι. νοείτω δ' ὅπη τοῖς πράγμασιν ἕκαστον ἄγεται.

β. Τῶν γε μὴν ἔνδον ἔτω διακειμένων, ὁ Τίτος μεθ' ὁπλιτῶν ἱππέων τε ἐκλεκτῶν ἔξωθεν, ἤ προσβάλλοι τοῖς τείχεσι καθεσκέπετο. διαπορουμένῳ δὲ πάντοθεν· ἔτε γὰρ κατὰ τὰς φάραγγας ἦν τι προσιτὸν, καὶ κατὰ θάτερα τὸ πρῶτον τεῖχος ἐφαίνετο τῶν ὀργάνων κρεῖττον· ἐδόκει κατὰ [r] τὸ Ἰωάννου τοῦ ἀρ-

BEllicosi autem quotquot in ea erant, & seditiosi de multitudine, circa Simonem quidem erant ad decem millia, præter Idumæos, quinquaginta verò decem millium duces, quibus ipse quasi dominus omnium præerat. Idumæi autem qui à Simone stabant, ad quinque millia, duces decem habebant. horumque principes videbantur, Sosæ *filius* Jacobus, & Simon filius Cathlæ. Joannes autem, qui templum occupaverat, sex armatorum millia habebat, sub ducibus viginti. illi vero tunc etiam Zelotæ, depositis discordiis, accesserant, bis mille & quadringenti, sub duce priori Eleazaro & Simone Arini filio. His autem, uti diximus, bellum *inter se* gerentibus, plebs erat utrique certaminis præmium, populique pars, quæ illorum injuriis non favebat, ab utrisque diripiebatur. Tenebat autem Simon quidem superiorem civitatem, murumque magnum usque ad Cedronem, & antiqui muri quicquid à Siloa flectitur ad orientem, & usque ad Monobazi regiam descendebat. is autem rex erat Adiabenorum Transeuphratensium. Tenebat etiam fontem *Siloam* & montem Acræ, (illa autem est inferior civitas) & omnia usque ad regiam Helenæ, matris Monobazi. Verum Joannes & templum *occupabat*, & circumcirca omnia non exiguum in spatium, itemque Ophlam & vallem quæ Cedron appellatur. Aliis autem quæ interjacebant incensis, medium bello quod inter se gerebant spatium aperuerunt. Nequaquam enim, castris Romanorum prope murum positis, intra civitatem quiescebat seditio: sed cum ad primum illorum impetum paulisper sanitatem recepissent, mox in pristinum morbum recidêre; & secum ipsi iterum dissidentes pugnabant, & omnia faciebant quæ in votis erant obsidentibus. nihil enim à Romanis acerbius passi sunt quam quæ ipsi sibi invicem fecerunt: neque post illos civitas aliquid novæ calamitatis experta est. Sed illa quidem graviores casus pertulit antequam subverteretur: at qui eam ceperunt, majus quiddam bono illius effectum reddiderunt. Ajo enimvero quod civitatem delevit seditio, seditionem sustulerunt Romani, quæ multo validior erat mœnibus. Et quicquid triste erat & calamitosum suis, quod vero æquum & justum merito Romanis adscribi debet. Ex rebus autem ipsis unusquisque judicium ferat.

Quot millia essent in sua factione hæbuit Simon dux.

Quot in sua Joannes.

Zelotæ à Joanne stabant.

Quam partem urbis tenuit Simon.

Quam partem Joannes.

2. Cæterum, cum res intra civitatem ita se haberent, Titus cum lectis equitibus foris eam circumiens, qua impressionem faceret in mœnia, dispiciebat. Hæsitanti autem undique (neque enim qua valles erant adiri poterat, & ab alio latere primus murus firmior videbatur *quam ut* machinis *cederet*) placuit ad Joannis pontificis monumentum

Titus qua muros aggrederetur explorat.

a Συντελοῦντες,] Συλλεγόντες *Big.*
b Σίμων υἱὸς Καθλᾶ.] Σίμων ὁ παῖς Καθλία *Big.*
c Ἐλεαζάρῳ,] Conf. supr. lib. 2. c. 20. §. 3. SPANH.
d Ἀριοῦ.] Ita *Big. Gall.* & *Ruf.* Ἀριωῦ *Bod.* Ἀριανοῦ *Voss. Lipf.* & *Vat.* Ἰαείρου in *Editis Aliisque.* Ἄριωνος *MSS. Lipf.* SPANH.
e Ἑκαίρων,] Ἑκαίρου *Big.*
f Τὸ μέγα τεῖχος.] Τὸ ἄνω τεῖχος *Busb.*
g Καὶ τὴν Ἀκραν.] Καὶ τὴ ἄκρας in *plerisque MSS.*
h Ἑλένης βασιλείων,] Conf. infr. lib. 6. c. 6. §. 3. μίσχῳ τῶν Ἑλένης βασιλείων SPANH.
i Τῶν τῆ] Τῶν Ἑλένης μνημείων *Big.*
k Τόν] Abest à *Ruff.*
l Τὸ μεταξὺ] Τῶν μεταξὺ *Big.*
m Χώραν ἀνεῖσαν.] Τῶν χώραν ἀνῆσαν *Big.*
n Ὑποπλαγέντες] Ἐκπλαγέντες *Big.* Sic ἀναπλήξας supr. lib. 1. c. 31. §. 5. καὶ τότε μὲν ἀναπλήξας, εἶτα σκέψει τῆ λογισμῶν SPANH.
o Καλὰ τε εὐχὴν] Τὰ κατ' εὐχὴν τε πάντα *Big.*
p Τούτους ἡ πόλις] Ita *Vat. Lugd. Bat.* & *Ruf.* τοῦτο in *Editis Aliisque.*
q Ἑλόντες] ἑλόντες *Roft.*
r Τὸ Ἰωάννου τοῦ ἀρχιερέως μνημείου] Conf. infr. c. XI. §. 4. & lib. 6. c. 2. §. 10. SPANH.

tum urbem oppugnare. hac enim parte & primum munimentum erat humilius, & secundum *ei* non conjungebatur, quod insuper haberent munitiones facere, qua *scilicet* nova urbs incolis minus frequentaretur: quin etiam tertium in murum facilis illac erat aditus, per quem superiorem civitatem, perque Antoniam templum capi posse cogitabat. Interea autem, dum ille *singula* perlustraret, quidam ex amicis ejus, Nicanor nomine lævo humero sagitta percutitur, cum propius una cum Josepho accessisset, pacemque muro stantibus suadere tentaret, ut qui non ignotus esset. Quapropter Cæsar, cum animos illorum *inde* cognovisset, quod ne ab iis quidem abstinerent, qui ipsorum in salutem ad eos accederent, ad obsidionem incitatur: simulque suburbana militibus vastare permittebat, materiamque comportari & aggeres erigi jussit. Cum autem exercitum trifariam ad opera divisisset, medios in aggeribus jaculatores & sagittarios constituebat, & ante eos scorpiones & catapultas & ballistas, quibus & excursus hostium in opera arceret, & qui ex muris illa impedire satagerent. Cæsis autem arboribus illico nudata erant suburbana: cumque ligna comportata essent ad aggeres *struendos* & totus operi manus admoveret exercitus, nequaquam otium agebatur apud Judæos. Et populo quidem, qui in mediis erat rapinis & cædibus, tunc contigit audaciam sumere: nam & se respiraturos esse existimabant, cum inimici adversus externos undique occuparentur, pœnasque se ab noxiis repetituros, si superiores fierent Romani.

Nicanor sagitta percutitur.

Titus machinas muris admovet.

3. Joannes autem, quamvis in hostes qui foris erant socii sui irrumpere properarent, metu tamen Simonis se continebat. Verum Simon non quiescebat; quippe propior erat obsidentibus. machinas autem bellicas per muros disponit, & quas Cestio olim abstulerant, & quas capto Antoniæ præsidio nacti sunt. Sed ex iis quidem penes ipsos plerique nihil profecerunt, propter imperitiam; pauci autem à transfugis *licet* edocti * male utebantur organis: verum lapidibus & sagittis aggerem jacientes è muris feriebant, perque cuneos excurrentes cum illis manus conferebant. Operariis autem tegumento erant crates super vallos expansæ, contraque excursus oppositæ erant machinæ: & omnibus quidem legionibus egregiæ paratæ erant, præcipuè vero decimæ, scorpiones *scilicet* vehementiores, ballistæque majores, quibus non solum irruentes, sed etiam super muros stantes prosternebant. Talenti quidem pondere erant lapides qui mittebantur, duo autem & amplius stadia pervadebant. atque ictus ipse non iis modo quibus primis incidebat, sed & longe retrorsum stantibus erat intolerabilis. Cæterum Judæi in primis cavebant à lapidibus, nam candidi erant, adeo ut

Simon rem strenue gerit contra Romanos.

Organa bellica Romanis egregia.

Judæi ut sibimet cave-

